W. 1fl:

GAUDEO

John Carter Brown
Library
Brown University

The John Carter Brown Library
Brown University
Purchased from the
Louisa D. Sharpe Metcalf Fund

S 4

RESIDENTIAE
CULEMBURGENSIS
S. J.



Priuilegio Cæsareo, & Superiorum permissu.

SERENISSIMIS
BOIARIÆ DVCIBVS
QVADRIGEMINIS
FRATRIBVS:

IOANNI FRANCISCO CAROLO,
FERDINANDO GVILIELMO,
MAXIMILIANO HENRICO,
ALBERTO SIGISMVNDO,
ALBERTI FIL.
GVILIELMI NEPOT.
ALBERTI PRONEP. &c.

COMITIBVS PAlatinis, Rheni,
V.B. DVCIBVS
Dominis suis clementissimis.

IOANNES NIESS E
Societate IESV, S. D.

EA Boiariæ DVCVM in varias Europæ gentes promerita olim fuêre, hodiéque ſunt, SERENISSIMI PRINCIPES, vt eas peragrare, vel recenſendo qui velit, non Epiſtolam ille, non Librum, ſed Bibliothecam penè conficiat, neceſſe ſit. Atque ego, vt quid alij debeant tam antiquis Patriæ propugnatoribus, in conſcientia vniuſcuiuſque, tacitáque potius memoria relinquam, de nobis confiteor, qui ad Almonem indigenæ con-

confedimus; Aichstadianum hunc Episcopatum, neque habere nos sine maiorum vestrorum liberalitate, neque si pietas, veráque religio Boicam Domum à tanto, tot seculorũ interuallo non inhabitâsset, fuisse habituros. Constat enim Diuum quondam WILIBALDVM, vrbis huius Patrem, Patronúmque optimum, annis ab hinc nongentis amplius Româ reducem, ad VTILONEM Boiariæ Principem diuertisse, ab eóque humanissimè habitum, ad Suiggerum, seu Suiggarium Comitem Hirspergensem digressum, haud difficulter ab eo impetrâsse, vt nobili Toparchiâ in meliores transcriptâ

 vsus,

vſus, opum ſuarum DEVM faceret hæredem. Quam Comitis pietatem, donationémque, cùm VTILO pro ingenti ſuo amplificandæ Religionis deſiderio prolixè approbâſſet, ille Epiſcopio condendo ad Almonium amnem delectus locus eſt, qui poſtmodum ab elucato ibidem luco, & ſucciſo querceto, AICHSTADIVM dici cœpit. Hinc noſtra meritò ſempiterna in Boicos PRINCIPES obſeruantia; hinc grata in eoſdem, & non niſi cum ipſis intermoritura Aichſtadianorum recordatio: hinc meus hic qualiſcunq; Libellus ab incolà Aichſtadiano profectus, & vobis SERENISSIMI PRINCIPES, cùm, iſto præſertim nomine, tum infini-

nitis alijs, quibus ſe Societas IESV vniuerſa Boicis PRINCIPIBVS obnoxiam ſemper agnoſcit, inſcriptus, dicatúſque: cuius argumentum, cum ſit GEMMA, eáque Indica: hoc eſt, ADOLESCENS clariſſimis virtutum radijs inter Indos quondam, adamantis aut Pyropi inſtar coruſcans, decere videbatur, vt non niſi in illuſtri aliquâ manu ſplenderet. Et fateor ſanè INDO huic meo tantùm animi futurum nunquam fuiſſe, vt in Europam aduectus rectâ Boicam adiret, vóſque, SERENISSIMI PRINCIPES Patronos legeret, niſi Adoleſcens Adoleſcentes, GEMMA, vt dixi, GEMMAS quæreret & ab ipſa ſui ſimilitudine, veſtráque

ætate veniam temeritatis ſperaret. Adeſt enim venerabundus, vt decet, ſéque amœniſſimo SERENITATVM Veſtrarū cōſpectui quam demiſiſſimè offert, non tā docēdi causâ vos, quā latendi ſub magnâ vmbrâ. Legant ſanè alij, hæc Adoleſcentes, intelligántque præcepta virtutis, quibus formatores morum deſunt; vos & maiorum veſtrorum exemplis recentiſſimis, & Magiſtrorum domeſticorum documentis optimis ſic inſtructi eſtis, vt qui aliunde in Aulam veſtram, morum inferre lumina velit, & grauiſſimam non immeritò imprudentiæ notam incurrere, & aquam quod aiunt, in Oceanum mittere videatur

videatur. Satis INDO, ſatis fuerit, & abundè, in Europa reperiſſe PATRONOS, in Aula tam illuſtri TECTVM. Quem quidem vos SERENISSIMI PRINCIPES, vt æquis animis oculíſque aſpicietis, ſic florete, & in ſpem Patriæ creſcite, quódque ſanguini veſtro proprium ſemper fuit, à cunis per virtutem ad ſceptra & imperia ambulate. In officio continuére LEONES ceteras iamdudum feras; campóque latè Fortunâ comite, DEOQVE Auſpice potiti, nepotes ſuos docuêre, quibus ad veram ſolidámque gloriam itineribus graſſaretur. Scietis hæc olim, cum imitari, & præſtare per ætatem licebit: nunc SERE-

nissimi vestri Parentes, aures, manus, oculi, ipséque adeò intellectus & voluntas vestra sunt : à quibus, si peregrinus hic Adolescens meus in conspectum dulcissimorum Pignorum admitteretur, nec operæ meæ, nec viæ illum per tot terrarum marísque spatia susceptæ pœnitebit : nec erit vnquam, puto, apud quos ille vel posset honestius, vel mallet libentius quam diutissimè hospitari. Devs ter Optim. Max. vos Serenissimi Principes Parentibus, Patriæ, Ecclesiæ seruet tamdiu saluos & incolumes;

quam-

quamdiu Parentes , Patria, Ecclesia volent , optabunt, desiderabunt. Aichstadij XI. Calendas Septembres Anno Christiano CIƆ.IƆC.XXVIII.

LECTORI
S.

ΣΤΕΡΟΝ ΠΡΟΤΕ-ΡΟΝ! *exclamare te audio,* LECTOR, *& inſpectâ Libri fronte, rerum ordinem à me inuerti, quiritare; quòd ab* INDO EVROPÆVM *informandum ſuſceperim, cum ab hoc illum rectius erudiri oportuiſſet. Iuxta tecum ſentio, mi* LECTOR, *oportuiſſet. Nec tamen ita facilè errâſſe me, in* INSCRIPTIONE *fateor: ſed eorum potius errorem, &* Πρωθύστερον*, indecorū ſanè accuſo, qui ab* INDO *vinci ſe, morum elegantiâ vitæque innocentiâ*

 per-

permittunt. Quid enim agerem ego, cum viderem ex India peti posſe, quod in Europa vix reperirem? Veſcimur nos Germani magnâ voluptate, quod nôſti, piſcibus ex mari Adriatico petitis: induimur veſtibus murice Tyrio tinctis: vtimur moribus ex Anglia, Gallia, Italia, Hiſpania (& vnde denique non?) ad nos translatis: cur igitur aſpernarer ego indolem & formam ſingularis alicuius modeſtiæ, innocentiæ integritatis in Adoleſcente IN-DO *repertam? Ceterum vt fixum mihi hoc in opuſculo ſcopum, (qui eſt Adoleſcentum Europæorum ſalus, & honeſtum pro virtute certamen) aſſequerer, hanc viam ſcribendique rationem ineundam cenſui. Hiſtoriam ipſam per interualla narro, miſceóque præcepta: nouo quidem conſilio, & (quod ego ſciam)*

non facilè cuiquam, præterquam Ludouico de Ponte, vsurpato: quem ipsum scribendi modum Adolescentibus illecebram fore spero, non fastidium; qui satietate rerum arceri plurimum ab vtilissimis sæpe argumentis solent, varietate deliniri, ac delectari. Quæ ipsa quoque causa fuit, vt toto libro non tam rationibus agerem, quàm exemplis; cum hæc primæ illæ, vltimæ ætati informandæ sint accommodatiores. Si cui fortasse longiùs expatiari alicubi, & à proposito audacius deflectere videbor, sciat hoc à me consulto factum. Cum enim oculos in Scopum, hoc est, vtilitatem iuuentutis rectissimè, pertinacissiméque semper intenderem, parum laboraui, vnde exiret globus, dummodo id quod vellem, attingeret, & varietate narrationis animum legentis

affi-

afficeret, & informaret. Quamuis autem ne hoc quidem assecutum me profiteri ausim; conatum quidem esse, nemo, credo, irascetur: præsertim cum nihil non tentandum sit, quo iuuenibus bonorum, & piorum maximè librorum vsus frequentior persuadeatur: otium: venenum, & pernicies huius ætatis proscribatur. Sed ne illud quidem candidus, candidum LECTOREM *ignorare volo,* VITAM *huius Adolescentis quem* AIATVM *Indi à familia dixere;* MICHAELEM *in sacro Baptismatis fonte transnominauere, decennio abhinc paucis & angustis, capitibus à me scriptam, Typisque expressam esse; quæ vt moribus Adolescentum etiam expreßior fieret, denuo sub incudem mittendam, & Præceptis morum illustrandam existimaui. Hoc*

meum

meum est consilium; hæc causa scriptionis huius, hic scopus. Quæ te LECTOR *scire volui, ne in pulmento panem nauticum desiderares, & quod debilioribus stomachis paraui, calceatis, quod ille apud Comicum ait, dentibus ineptum, atque inidoneum esse vociferêre.*

§§§§§§§§§§§§§§§§§§§§§§§§§§§§§§

INDEX CAPITVM TOTIVS LIBRI.

CAPVT I.

RAræ Indolis ADOLESCENS ex INDIA occidentali in Europam adducitur. pag. 1.

CAP. II.

MICHAEL AYATVMVS ille eſt: GEMMA Indiæ 26

CAP. III.

Patria, Mores Popularium MICHAELIS. 34

CAP. IV.

Idola INDORVM: eorúmque

que de futurâ Vita deliria. 59

CAP. V.

Christianam Religionem à Patribus Societatis IESV disscit MICHAEL. 69

CAP. VI.

Baptismus; Forma; Indoles huius INDI. 101

CAP. VII,

Mater, eiúsque in propaganda Religione Christiana conatus. 108

CAP. VIII,

Seminarium Boholanum ingreditur. 116

CBP. IX.

Precandi in Puero, continuus quasi vsus, & Consuetudo. 132

CAP. X.

Divos Tutelares ſingulari cultu proſequitur. 146

CAP. XI.

In ſacras Imagines ſumma eius reuerentia. 156

CAP. XII.

Abſtinentia, ſupra ætatem auſtera. 171

CAP. XIII.

Corporis diſciplina arcta, & ſeuera. 176

CAP. XIV.

Oculorum Modeſtia, & Verecundia. 186

CAP. XV.

Aurium cuſtodia. 192

CAP. XVI.

Lin-

Linguæ Moderatio : & in verbis prudentia. 197

CAP. XVII.

Induſtria ſingularis, omnibus in Actionibus. 205

CAP. XVIII.

Quantus fuerit Otij deteſtator MICHAEL. 216

CAP. XIX.

Quomodo dies Vacationum traduxerit. 221

CAP. XX.

Exempla Virtutum in alijs obſeruata, imitari ſtudet. 296

CAP. XXI.

Animi demiſſio in eo ſingularis. 304

CAP.

CAP. XXII.

Caſtitatis amor, & votum. 313

CAP. XXIII.

Studium Paupertatis. 325

CAP. XXIV.

Alacritas obſequendi. 330

CAP. XXV.

Æquanimitas & Conſtantia in Puero, virilis. 337

CAP. XXVI.

Charitas eius in omnes: præcipuè Patres Societatis. 331

CAP. XXVII.

Alienæ Salutis ſtudium & verus in Parentes Amor. 355

CAP. XXVIII.

Sacrificio libenter Ministrat. 365

CAP. XXIX.

Perseuerantia eiusdem in bene cæptis, & semel suscepta Christiana Religione. 379

CAP. XXX.

Mors MICHAELIS, ex casu per scalas. 396

CAP. XXXI.

Sepultura, Lachryma, Tumulus. 410

CAP. XXXII.

Fructus ex Morte MICHAELIS consecuti. 435

CAPITVM.

CAP. XXXIII.

Coronis, & Epilogus: vbi Lamenta, & Vaticinia Cacodæmonum, de Indiæ ad Christum conuersione; cum minis ad EVROPÆOS. 439

AP-

APPROBATIO R. P. PROVINCIALIS.

ADolescentem EVROPÆVM ab INDO moribus Christianis informatum, quem IOANNES NIESS Societatis nostræ Presbyter scripsit, ab aliquot eiusdem Societatis Patribus censum probatúmq; ; Ego Gualterus Mundbrot, Societatis IESV per superiorem Germaniam Præpositus Prouincialis, factâ mihi potestate ab admodum R. P. N. Generali Mutio Vitellesco, in lucem dari permitto. In cuius rei fidem Auctori Chirographum hoc dedi, officij mei Sigillo munitum. Monachij 20. Augusti, Anno 1628.

Gualterus Mundbrot.

EX

EX

INDIA

IN

EVROPAM
INGRESSVS.

SAlue EVROPA, dulcis Patria; vt Virtutis, veræque gloriæ, ſic rerum nouarum ſemper cupida: ſaluete ADOLESCENTES indigenæ, ad magna nati, niſi à maioribus degeneratis. Adduco commodis veſtris ab vltimâ vſq; India veſtri æqualem, neſcio an vobis: vtinam

CAP. I. *Rara Indolis Adoleſcens ex India in Europam adducitur.*

gratum hoſpitem, certè vtilem. Ea quippe iam incremẽta religionis Dei Opt. Max. beneficio apud populos illos quondam immanitate barbaros ſumpſit res Chriſtiana, vti meritò Europæi, tot Hæreſeon factionibus (prô dolor) ſecti, timere ſibi iam poſſe videantur, ne ſuccenturiatis tot hominũ millibus, & ad Chriſtiana ſacra tranſgreſſis, ſuo ipſi vitio, & ſocordiâ ex Albo filiorum Dei eradantur. Et mirum profectò eſt, quantum vnius ſęculi interuallo, rectè de Deo ſentientium numerus inter gentem adeò denſis tenebris oppreſſam auxerit: vt vel hinc intelligamus, opus hoc, viribus humanis fuiſſe maius. Rem paulo altius repetere, &

quæ

quæ tanti negotij exordia fuerint, pretium ſit oſtendere.

IOANNES æternâ memoriâ Rex, Luſitani nominis Tertius, cùm religionis orthodoxæ latius propagandæ deſiderio arderet, claſſem primus in Indias expediuit, eóque Dominici agri cultores vnâ amãdauit: ille videlicet Heros, de quo tanto ante Poëta cothurnatus ceciniſſe mihi videtur; ſi minus gnarus certè non vanus:

Seneca in Medea Act. 2.

Venient annis, ſæcula ſeris,
Quibus Oceanus vincula rerum
Laxet, & ingens pateat Tellus,
Tiphyſq́ nouos detegat orbes,
Neq; ſit terris vltima Thule.

Huius ergo auſpicia primus è Noſtris ingenti animo ſecutus, clariſſimum Societatis IE-

sv ſidus, FRANCISCVS Xauerius, orientem primò vitæ doctrinæq; ſanctimonia illuſtrauit: quem deinde alij atque alij fortiter æmulati coloni, atque in occidentem tranſire auſi copioſam Animarũ meſſem fecerunt, orbémque terrarum DEI, (quẽ ſcopum præcipuè figebant) nominíſq; ſui gloriâ impleuerunt. Goæ prima Societati locata ſedes, quę velut Equus Troianus foret, vnde magni viri prodirent, & ad reliquas Indiæ vrbes atque regiones fructum ſalutis propagarẽt. Religioſis autem hominibus omnium ſe primi iũxerunt PVERI, innocentiâ, credo, ſuâ hanc felicitatem meriti; ex quibus, bene ſi inſtituerentur, facilè futuræ frugis ſpes

Ita ferè Ioan. Bonif. de Inſtit. Chriſt. Pueri l. 1. cap. 1.

ſpes apparebat. Enimuero, cũ teneros illos animos ſalutaribus præceptis probè informâſſent Patres, & quandam modulandi fidibúſque canendi rationem doluiſſent (quod barbara illa gens, quam domare cuperent, muſicis concentibus mirè caperetur) facillimum fuit regna vaſtiſſima Indorum, Iaponiorum, Braſilorum expugnare. Mirum ſanè atque ex ipſa inſolentia iucũdum ſpectaculum incultis illis hominibus præbebatur cùm noſtri Pueri, per ipſorum plateas, & vicos ſanctæ legis præcepta, & Chriſtiani hominis regulas omnes clarâ, ſuaui, & demulcente aures voce concinerent lyris aliàs ſimul, aliàs viciſſim concrepantibus, vt

tędium ipſa varietas alleuaret. Quod ſi his adiungimus, contigiſſe ſæpe, vt mediâ in æſtate & feruentiſſimo ſole CHRISTI formulam luculentis carminibus pueri cecinerint, quorum genæ lachrymis, ſed quæ modulatione condirent, non tollerent, & tota facies ſudore manaret oculis ad terram verecundè flexis: cui erit creditu difficile, eam puerorũ conſtantiam, vel ſolam ſuffeciſſe vt vera eſſe quæ dicerent Euangelicæ legis noui illi annunciatores, barbari arbitrarentur. Ergo Mahumetani cuiuſdam, potentis Domini & Regis filia, quod paruulorum chorum illum è feneſtrâ vidiſſet, inuitis parentibus, matre pręſertim, quæ pręfurore bac-

cha-

chabatur CHRISTI ſe Baptiſmo ablui poſtulauit, triumphalémque illum diem Goa egit ciuitas, quo, ad cæleſtis ſponſi Thalamum noua nupta ducebatur. Quam eſt illud præclarum, quendam Societatis IESV virum, Ioannem, Meſquitanum (quem Bragadæ, Troglodijtis immaniores vinctum tenebant, & catenis, ligatum tam ſæuè, vt caput; genibus vinculo ferreo connecteretur) Chriſtiani pueri ſolertia ex crudeliſſimo carcere ſubtractum, & antiquæ libertati fuiſſe reſtitutum? Intempeſtâ nocte limas attulit animoſus puer; quibus diſſectæ compedes liberam fugiendi poteſtatē fecerunt, conſopitis interim cuſtodibus,

Pueri facinus memorabile.

quos multos Tyrannus adhibuerat. Nec ſatis Ducem præterea ſe præſtitit adoleſcentulus, in longo dubióque itinere, quod noctu fecére, vt fallerent ſequentes. Virili fortíq; animo, ſi quē ex illis, ad quos in fuga diuerterat, ſuſpectum puer reperiſſet, promiſſis capiebat, ne ſe proderet. Denique vbi iam ad ſecurum portum ex periculosâ migratione Pater Meſquita, & puerulus appulerunt; par animi exultatio fuit Chriſtianis hominibus, & quod deſideratiſſimus Pater rediret incolumis, & quod tali eum arte Puer liberâſſet. Quocirca fortis ac prudentis animi puerū MICHAELEM (cui & ANGELI nomen & officium fuit) complecti nō deſti-

Cognominis noſtri Indi.

deſtitêre, & donis ac muneribus ob rem bene geſtam, cumulare. Hæc igitur atque his ſimilia cùm ab Adoleſcentibus Indis factitari animaduerterem, vnum aliquem ex omni numero deligendum mihi putaui quem in Europam mecum abducerem, Iuuentutíq; Europææ, exemplar, & quandam quaſi virtutis Idæam proponerem; ad cuius lineamenta, aut ſuos quoq; mores fingerent; aut certè ſi minus aliegenis indigerent coloribus, ſe cum ipſo componerent. Fieri ſæpe amat, vt næuo carere nos putemus, quamdiu ſpeculo non vſi ſumus: quod ſimul ac primum adhibuimus, tum enimuero mirari occipimus, & maculas contraxiſſe, & cum illis

illis in publico parere auſos eſſe. Quis ſcit an non ad Indi noſtri pulcherrimam imagiginem Europæus aliquis Iuuenculus, ignoratam hucuſq; animi fortè labem tergat atq; emendet? Hoc ſpero; illud affirmo, talem eſſe, quem ſecũdis ventis ex altero quaſi orbe in Europâ ſiſto ADOLESCENTEM, à quo diſcere etiam viri poſſint. Is MICHAEL AYATVMVS eſt; ibi ortus, vbi ſol occidit; vitæ innocentia, morúmque maturitate ſupra ætatem illuſtris. Fidem Hiſtoriæ deſumpſi ex litteris potiſſimum P. Petri Aunonij Societatis IESV, quas miſit Boholio vbi tum ipſe verſabatur ad R. P. Gregorium Lopetium, eiuſdem Societatis in Inſulis Phi-

Scopus huius Libelli.

M. S. Ex India Romam inde ad me trãſmiſſis.

lip-

lippinis Prouincialem ; anno
poſt partam ſalutem milleſi-
mo, ſexcenteſimo nono, ter-
tio Nonas Martias : in quibus
vitam, moréſque huius Ado-
lescentis elegantiſſimos
compendio deſcribit; vtpote
præſens ipſe familiaríſq; Mi-
chaeli, & virtutum illius,
non teſtis modò oculatus ſed
& arbiter, & admirator. Cæte-
rum, hoc in genere ſcriptio-
nis duorum mihi partes agen-
das ſumpſi, Indi, & Evro-
pæi; memórque argumenti,
quod de Pvero eſt, ſic ero
breuis in Indo, vt Europæum
prolixius inſtituam; idque Ex-
emplis ferè æqualium : quod
docendi genus, vt eſt ex ſe vti-
liſſimum, ſic omni ordini, æ-
tatíque gratiſſimum, Adole-

SCENTIBVS certè (quorum hoc in opuſculo fructum præcipuè ſpecto) accommodatiſſimum eſt viſum. Sed nunc ad rem propius.

EVROPÆVS A B INDO INFORMATVS.

AGedum ergo bellúmque hunc, quem tibi EVROPÆE Adoleſcẽtulum adduxi, ſaluta, amplectere, imitare. Facies id ingenti tuo bono. Natus is Boholij in Philippinis eſt, ibidémque decimo ſexto ætatis año denatus; Chriſtiani MICHAELEM, Pagani AYATVM dixêre. Nôſti, ni fallor, ipſum, vel meo ex penicillo: ſed Tabulám vt reſumerem, eiúſque VITAM denuo perſcriberem, rara illius, & necdum ſatis mihi expreſſa virtus fecit, ad te vt adducerem tuæ ſalutis ſtudium

dium fecit. Ea enim præclara huius ADOLESCENTIS ſeu PVERI potius, vitæ ornamenta fuêre, vt neque Oceano terminari, neque inter orbem alterum, & à noſtro tanto interuallo ſeiunctum contineri potuerit, quia per immenſa terrarum, maríſque ſpatia in noſtram vſq; Europam fauentibus Zephyris tranſportarentur: & quem noui illi Chriſtiani mirarentur, Veteres nos imitaremur. Habent externa optimorum hominum EXEMPLA neſcio quid, ſemper plus auctoritatis, & vel ob iſtam inſolentiam admirationis, quàm domeſtica; eo ipſo efficaciora, quod à barbaris ſuperari ſe, liberali ingenio, locóque nati homines, naturâ ſuâ erubeſcunt. Quæ cauſa fuit EVROPÆ, vt INDVM hunc tibi ſiſterem, eúmque IDEAM (vt ſic loquar) VITÆ & VIRTVTIS proponendum cenſerem. Qui, niſi Diſcipulum te eſſe pigebit, DEVS bone, quot, & quantas Virtutes oſtendet? verbo & facto docebit? Quas verò illas inquis? Compendíum do:

tu, si vis numera: plenius postea, prolixiúsque à me tractandas: Docet INDVS hic meus:

CAP. V.

1. Ad DEVM maturè & prima statim pueritiâ, seriò conuerti.
2. Salutaribus proborum hominum monitis, aures faciles, & animum dare.
3. Veram & Catholicam religionẽ, non modo constanter, sequi, sed eandem aduersus sectas fortiter, vbi occasio est, defendere.

CAP. VI.

4. Cum religiosis, & pijs hominibus, libenter & sæpe agere.
5. Frontem liberalem & serenum animum in diuino officio, seruitióque ostendere.
6. Ex verâ animi demissione SERVVM se, (ad exemplum DEI Matris, ANCILLÆ Domini) & appellare, & pro tali haberi velle.
7. A pueritia flagellis expiatorijs & voluntarijs corpusculum identidem exercere.
8. Certos dies præter ordinarios & Ecclesiæ præceptos, ieiunè transfigere.

9. Ex ludo litterario simul domũ reueneris, precib. ante omnia te dare.

10. In Collegio aliquo, Seminario, conuictu, alióue simili loco vbi mores & disciplina vigent, libẽtius (si occasio & conditio ferat) habitare, quã in libertate, periculis, aut cõtubernio dissolutorũ.

Cap. VIII.

11. Illis, gratum esse, qui te Sancto alicui cætui aggregarunt, aut alio quouis beneficio affecerunt.

12. Æmulari Virtutes aliorum, & quantum potes, vitâ exprimere.

13. Sodalitati B. Virginis nomẽ dare.

Cap. IX.

14. Precibus, non tantum illis, quæ voce, sed etiam quę mente fiunt, operam sedulam nauare.

15. Singulis diebus, vbi occasio fert, SS. Eucharistiam semel minimum piè inuisere, & salutare.

16. Item quotidie minimum vnum Rosarium (Michael nomen est solitus) recitare.

17. Lectulum sumo mane (Michael, horâ, Patribus Societatis Iesv consuetis surrexit) deserere.

18. In itinere etiam, consuetas preces quotidianas non intermittere: festis diebus easdem solito diutius producere.

19. Ea quæ meditaris, non cogitatione solum tractare, sed eadem factis postea exprimere conari.

CAP. X.

20. Diuos tutelares, & præcipuè B. Virginem, & Angelum Custodem, singulari pietate ac religione prosequi.

21. Preces ab alijs emendicare, suas contra polliceri, ac præstare.

CAP. XI.

22. Imagines Diuorum, CHRISTI præcipuè, & Beatissimæ Virginis summâ in veneratione habere: easdem è collo pensiles gestare.

23. Loco iuramenti, aut blasphemię inter ludendum, aut turbam mediam similibus prouerbijs vti: LAVDETVR VBIQVE IESVS CHRISTVS, EIVSQVE MATER SANCTISSIMA.

24. Solicitè inquirere, qua ratione DEI præsentis Imaginem tuo animo imprimere, & quasi insculpere possit.

25.

25. Ita verſari inter homines : eam modeſtiam , grauitatémque oſtendere, ac ſi ſemper cum grauiſſimo morum Magiſtro verſarere.

26. Diem Veneris, in honorẽ CHRISTI, Sabbathi, in honorem B. Virginis religioſius colere. CAP. XII.

27. Verbera oblata atque illata, patienter ferre. CAP. XIII.

28. Si quædam, in ſpeciem vtilia & honeſta, à Maioribus tibi negẽtur, æquo animo tolerare.

29. Priuilegijs ſanctioribus (Michael quotidie, vbi cubitu ſe erexit, id fecit) funiculis expiatorijs in tergum animaduertere.

30. Oculos modeſtè demittere: à fœminis auertere : proprium corpus, tectum ſeruare. CAP. XIV.

31. Ab impuris inhoneſtíſue ſermonibus illico ſe proripere: his frõtem ſeueram oſtendere: ſpurciloquos ad eos, qui emendare poſſunt, deferre. CAP. XV.

32. In obſcœna, verbis inuehi: verberi-

beribus etiam, ſi licet, caſtigare.

CAP. XVI.

33. Conſideratè & prudenter loqui.

34. Salutaria ſuadere : viam oſtendere, quâ populares & noti meliores fiant.

35. Emendationem aliorum procurare.

36. Opiniones, à Catholica religione alienas, Deóſque Gentilium publicè deteſtari.

CAP. XVII.

37. Otium vt peſtem fugere, in ſacris præcipuè negotijs libenter & frequenter occupari.

38. Modum confitendi de peccatis exactum diſcere, ſeruare, alios docere.

39. Vſum ſuper totâ vita confitendi alijs etiam perſuadere.

CAP. XVIII.

40. Opera abiecta & humilia ambire : alios in ijs peragendis præuertere.

41. In ipſo etiam opere negotium habere : hoc eſt inter ambulandum, nauigandum, &c. aliquid precari.

42. In Societate ſingulare non eſſe : nec

nec facilè cuiusquam consuetudinem auersari.

CAP. XIX.

43. Dies qui relaxando corpori dantur, non inutiliter consumere: sed identidem aliquid commentari, aut manu laborare.

44. A Magistris morum non facilè discedere: quæstiones pias de DEO aut animæ salute ponere.

45. Lectioni bonorum libellorum die Vacationis plusculum dare.

46. Item scriptitare aliquid, Diuorum res gestas lectitare, &c.

47. In terra cubilitare.

48. Vestitu vti, honesto, sed minimè sumptuoso: & quamuis pretiosæ tibi vestes non desint fortasse, ijs tamen non facilè indui; nisi cum ad S. Christi Corpus accesseris.

CAP. XXI.

49. Vltimum in sedendo locum ambire.

50. Inter ambulandum, honestioribus, honestiorem locum cedere.

51. Alijs ægrè preesse, malle subesse.

52. Honorem, & laudem propriam ferre nullo modo poſſe aut velle.

53. Perturbationes aut arcana animi maioribus ſponte prodere, vbi neceſſe eſt, & à quibus iuuari potes.

CAP. XXII.

54. Caſtitatem DEO vouere (quod conſilium eſt, non præceptum) coram Imagine Chriſti, aut pio alio in loco; ſi DEVS id tibi inſpirauerit, & ille, quem à confeſſionibus habes conſultus ſuaſerit.

55. In auri, aut Parentum gratiam, nihil à Virtutis propoſito deflectere.

56. A malis conſultoribus, tanquam à Diaboli ſuſurronibus profugere.

57. Superato periculo, aut Cacodęmonis incurſione DEO grates debitas perſoluere.

58. Fratrum aut propinquorũ ſpecioſa conſilia nullo modo admittere, vbi ſaluti tuæ videntur refragari.

59. Munuſcula, & bellaria à propinquis miſſitata non ſemper accipere.

60. Paupertatis aliquam rationem habere, etiam in mundo, & inter diuitias.

61. Ne pomum quidem à præſidibus aut parentibus vetitum attingere.

62. Affectum naturalem in conſanguineos frangere, aut certè temperare.

63. Redundantia & ſuperflua penes te non habere.

64. Celeritate obtemperandi omnibus palmã præripere conari.

65. Non maioribus tantum, ſed & æqualibus, ſed & minoribus obſequi.

66. Caſus humanos magno animo perferre; & ad omnes fortunæ viciſſitudines ſedulò ſe præmunire.

67. B. Virginis ſub Cruce, & S. Iob, infimo conſtantiam æquitatémque animi ſibi proponere.

68. For-

68. Fortiter & imperturbatè mor-
tem propinquorum ferre.

CAP. XXVI.

69. Charitatis opera maximè con-
ſectari ſtudere.

70. Reprehenſiones in negotio pio
& honeſto, flocci facere.

71. Aliorum vices in muneribu
etiam abiectiſſimis prompt
peragere.

72. Seniores, & Sacerdotes maximè
in laboribus ſubleuare; pro ſci-
pione, & præſidio eſſe.

73. Pro alio in opere charitatis et-
iam occumbere velle.

74. Suorum quidem propinquo-
rum, & popularium curam ſa-
lutis gerere, ſed alienos interim
non negligere.

CAP. XXVII.

75. Parentes eo amore, qui ex DEO
eſt proſequi: illos ad confeſſio-
nem de peccatis perducere: aut
ſi ipſe hoc efficere non poſſis,
eo adhibere, qui poſſint.

CAP. XXVIII.

76. Diuino ſacrificio Miniſter liben-
ter aſſiſtere: vltro ad illud ſe of-
ferre.

77. Quæ fortuna tibi ſi obtigerit, vt poſſis Miniſter, Altaris eſſe, non oculis ſolum ſed & mente ea obſeruare, quæ ibi à Sacerdote peraguntur.

78. In bene cœptis conſtanter perſeuerare, & non ſemel bíſue exercitam Virtutem rurſus omittere.

CAP. XXIX.

79. Cum hominibus à verâ Catholica Religione alienis non verſari, non colloqui facile.

80. Si quid minus rectè aut innocenter fiat, id illi ſignificare, qui malo remedium adhibere ex officio poteſt.

81. Malam & noxiam Societatem omni modo cauere, & ſi poſſis impedire.

82. Vetitas diebus certis ab Eccleſia carnes, neque ad propinquorum, neque vllius mortalium ſuaſiones, aut imperium comedere.

83. Quod coram DEO non audes, id nec coram hominibus facere audere.

84.

CAP. XXX.

84. Contra importunos ſycophantarum homines ludificantium ſe præmunire: & nihil quod Catholicæ fidei aduerſetur, vel admittere, vel credere.

85. Tota quidem vita ad mortem ſe præparare: ſed præcipuè circa finem iam ſigna pietatis clariora oſtendere.

86. Sanctiſſimos Tutelares Diuos, & potiſſimum SS. IESV & MARIÆ nomina, ſub articulum mortis inuocare.

87. Ad bene moriendum, ſæpius dũ ſanus & QVATVOR HOMINIS VLTIMA conſiderare.

88. Dum ratione adhuc vteris Sacramenta pœnitentiæ & Euchariſtiæ piè ſumere.

89. Vbi aduertis, finem tuum non longè abeſſe, non diſcedere ab ijs, qui te animare ad vltimum certamen poſſunt.

90. Non temere iudicare; nec ſemper mortem repentinam aut violentam à DEO vindictæ cauſa im-

immiſſam putare : cum tam innocens Adoleſcens ſcalarum lapſu vitam finierit.

91. Deſiderium tui poſteris relinquere : & ſic mori, vt Virtus tua totum te ſepeliri non permittat. CAP. XXXI.

92. EPITAPHIVM honeſtum à poſteritate mereri.

Ecce tibi mi EVROPÆE, quam meritò ego INDVM hunc Iuuenibus IDÆAM Vitæ & Virtutis ſtatuam. Numerando ſolum omnes illius Virtutes, & facta præclara fatigari nonnemo poſſit; quid fiat imitando? Sed nimium difficile nihil animo forti eſt, & qui cœlum ſcopum fixit. Potuit hæc INDVS nouem non amplius annorum Chriſtianus inter barbariſſimas illas, & à veri cognitione alieniſſimas gẽtes; & in ſole vt ita dicam ac meridie Euangelij nati; inter Veritatis Doctores educati nihil velint? nihil audeant? nihil præſtent? Ego verò omnia ſpero à Iuuentute Europæa, eáque nunc illi confidentia INDVM Doctorem ſiſto. Tuum verò erit EVROPÆE

efficere atque elaborare omnibúſ[c]
modis ac viribus cauere: ne Indi glo
riari aliquando poſſint, Europæos
tot ſeculis Chriſtianos, à ſe nupe[r]
Chriſto initiatos INNOCENTIA Vitæ
& bonorum Adoleſcentum exem
plis fuiſſe ſuperatos.

INDVS.

CAP. II. *Michael Ayatumus* GEMMA.

VEre optimum quemq; di-
ligere ſolet DEVS, EVRO-
PÆE: & ab ipſo ſtatim viuend[i]
exordio ſua gratia ac fauore
impertitur, quem in BEATO-
RVM ordinem ac cenſum trāſ-
ferre aliquādo decreuit. Id o-
lim in multis Adoleſcentibus,
tā qui felicia CHRISTI tēpora
prçceſſêre, quā qui eadē ſecuti
ſunt, videre fuit: qui certè ta-
les ſe præſtitêre in ipsâ pueri-
tiâ, quales hodie, vel in canâ &
promiſſa barbâ multos opta-
remus. Pleni ſunt libri; plena
eiuſ-

eiusmodi exemplorũ vetustas: vt in dubiũ propemodũ meritò quis vocare posse videatur; pluréſne viri aut senes, an Iuuenes in omni seculorũ memoria fuerint, qui ætatẽ suam virtutis studio & exercitatione ornârint. Ac mihi quidẽ in re adeò cõfeſsâ & manifestâ, haud censeã pro testimonijs à proposito longius abeundũ: ostẽdo GEMMAM, in vltimis Indiæ partib⁹ repertã, MICHAELEM AYATVMVM: Adolescentem, profectò, omnibus numeris probũ: GEMMAM autem, prô quam raram, nobilem, salutarẽ! cuius admirabilem omniũ virtutum varietatẽ si spectes, Sapphirus est: si ardentẽ, tã in Deum, quam homines amorẽ, Chrysolythus: si ad CHRI-

Vide Philippi de Berlaymont Paradysum,

STI legem alios deducendi
atque trahendi cupiditatem.
Magnes ac plane Siderites: ſi
omnium oculis gratam inno-
centiam, Smaragdus: ſi tem-
perantiæ & abſtinentiæ maius
ætate ſtudium, Amethyſtus; ſi
in bene cœptis non tantum in
puero, ſed etiam in viro lau-
dabilem conſtantiam, Ada-
mas: ſi rari denique exempli
optimam indolem, Beryllus,
in ſolâ ferè India, vt ſcribunt,
reperiendus. Felix Hydaſpes
pretioſus Indiæ fluuius! & præ
Pactolo Aſiatico, Hermo Ly-
dio, Arimaſpo Scythico tu
quoque Ganges Indice nobis
poſthac celebrandus: qui non
iam aurum in Europam mitti-
tis, ſed virtutis Magiſtros: qui
non rubente arena, ſed ſan-
gui-

Plinius Nat. Hiſt. l. 37 cap. 5.

uine Christianorum pro Re-
gione fortiter occumbenti-
m purpurati tralucetis, qui
emmas vehitis, non quæ in
oronis Regum mortalium,
ed in CHRISTI IESV vene-
ndo Diademate locum sibi
endicant. Quo ex genere, ni
llor, MICHAEL.

EVROPÆVS.

I.

HVic te GEMMÆ geminum volo, quisquis es liberali, atque inge-
a indole ex Europa Adolescens:
ius te mores, ingenium, naturam
n modo nosse, sed & induere volo.
te beatum millies, ex Europæo In-
s si fias; ex ferreo, aut plumbeo,
mmeus. Mutabis mores non cœ-
m, pones vitia, non colorem. Quid
bitas obsequi? Exemplar vides, æ-
ulare: Gemma fuit MICHAEL; quid

pretiosius fieri potes? sequere audacter, Adolescens, Adolescentē, GEMMA, GEMMAM: ad illius omnino morem Lapilli, de quo vir doctus mira narrat; quamuis, vt ipse suspicatur, θαύμασα μᾶλλον, ἢ πείθους ἄζια.

Iacob. Bidermanus Agon. lib. I. c. 7.

II. Præter Iberi maris crepidines obambulabat Hispanus homo, nescio quid meditans nugarum: cum in sabulo calcat improuidus Lapillum, quē ille mox, quod rarior eximiè nigricaret & cætera nō inuenustus appareret, sustollit: & ecce sequitur alius sublimem hunc, gemellus, à nemine iussus: priorique omnia par, pari se ipse passu librat, impatiens relinqui: Crederes, concordes in gemellis animas viuere, ni pridem Philosophia lapides exanimâsset. Delectatus homo spectaculo pergit pluribus explorare, quanto se interuallo vterq; sequerentur; Alterum igitur mox prorsum vorsúmque agit, sequitur mox alter; trahit iam sursum, iā deorsum, trahitur & alter: rotat omnem in partem, versátq; rotatur æquè & alter, nec vsquam

Magni tamen Philosophi, Vitā etiam in Lapidibus ostēdunt, Vide Virid. Laur Foreri.

uã aut vagãte socio socius moratur,
ut hærente comouetur natiui fæde-
s vterq; memor: poterat connubiũ
ıter tam vnanimes calculos videri.
gitur, vtrumq; libens consociat, do-
ıíq; cæpit consulere ingeniũ homo
ıgax, ecquâ in re vtendos sibi hos la-
ides putaret. Et aiunt admiranda re-
erisse. Nam duas vidit pari magni-
ıdine tabulas conformari posse;
uarum extima elementis quatuor &
íginti, ęqualiter distinguerẽtur gno-
ıonésque singuli in singularum vm-
ilico defixi manu deinde circumagi,
ucíque per elementa possent, sicut
ndices nostri rotari per ὡρολογεῖα
unc solent. Post vbi gnomonis vtri-
ısq; lingula lapillis item singulis in-
trueretur, posse indicem alterum æ-
quabili ductu, iam ad, primas, mox ad
nedias vltimásq; litterarũ notas de-
lecti; quod fieri credebat, tam silenti
cautáquemanu non posse, quin alter
etiam index æmulãte studio, per circi
sui spatia continuò raperetur, & in
earundẽ litterarum metâ quiesceret,

 ad

ad quam perductus iam alter ſtetiſſet
Illectus homo ſucceſſu credidit inir
rationem poſſe, qui colloquia ſeri
daríq; reſponſa per calculos liceret,
magno abſentibus bono. Viſum eſ
ergo ſegregare loco tabulas, modicóque interuallo, alteram ſibi famulo alteram committere, & ab eo quic
obſeruari, fieríque debeat, oſtendere.
Inde vertere ſuum herus indicem,
pérque omnem tabulæ περιφέρειαν
exigere, dum ex elementis vocabula,
& porrò ex iſtis orationem integrè
componat. Inter hæc famulus inconniuis oculis, ecquid ſuo indice
futurum ſit obſeruare: cum, ecce tibi,
videt αὐτομάτως eum non ambulantem magis, quam ſcribentem adeò,
loquentémque Dominum. Legit igitur, heríque ſenſu, per calculi nutus
agnoſcit: & Domino mox haud diſpari lepôre, reſpondet.

Scribit eadem in prolus. Acadē. Fam. Strada, eleganti carmine.

III. Huius ergo ipſius (vt fabulam finiam) calculi mores à te exigo,
EVROPÆE: hoc à te ingenium requiro; vt qua te GEMMA Indica, MI-

HAEL præcedit, illico ſequaris; quâ
nomon vitæ, virtutúmque iſtius re-
iſſimus te ducit, nullâ interpoſitâ
ocordia pergas. Quid amabo hac
ıâ ætate dignius, quid ſaluti vtilius
ges, quàm ſi mutato familiari habi-
ı in Europa Indus incedas? Quid?
ulchrum, noñemo arbitretur, brac-
atis Gallorum caligis laxius volare
ı Germania, Hiſpanicè attonſum,
talicè ocreatum, Bohemicè pilea-
um, plumatúmque ingredi: & non
ulchrius, equiúſque ſit, Margaritam
liquam ex India in Europæos tranſ-
atam æſtimare, eiúſque horis & ad-
nirandis virtutibus animum excole-
e atq; exornare? Nullus ambigo mi
ADOLESCENS, paratum omnino te
eſſe, ad præclaram INDI huius Indo-
em oculos propius admouere, &
quantum in te eſt, eandem vitâ ex-
orimere: gentis Mores, Religiones, &
præcipuè quâ Indiæ parte tam lecta
GEMMA, ſit lecta, intelligo prius te
velle cognoſcere.

INDVS.

Cap. III. Patria & Mores popularium Michaelis.

INſula eſt in Philippinis Boholana antiquitus nuncupata, à qua deinde Boholium ipſam ſuam nomenclaturam accepit. Id oppidi inter hanc Boholenſem & Baglaënſem Inſulas ſitum eſt; ex ea videlicet parte, qua ſe tellus, in anguſtum colligit ſinũ: cumque hîc mos accolarum eſſet, ex inferiore ædium parte hoſtes in ſuis ſtratis iacentes, quaſi ex inſidijs conficere, Boholani illud reperêre præſidij, vt è mari ſurgentes arundineæ ſeu ligneæ caſulæ, aquā ipſam pro ſolo haberent; vt ſi quando furtim illuc ſubreperent latrunculi vnda gradienti-

entium motu turbaretur, ſtre-
pitúmque ederet, quo exciti
contra aduerſariorum vim ex
ædibus ſe tueri poſſent. Indi-
genæ ad reliquorum diſcri-
men Indorum PICTI di-
cuntur. Et ſanè PICTVM Aya-
cumum noſtrum rectè dixe-
ris; vtpote gratiſſimis varia-
rum virtutum coloribus radi-
antem. Ipſa quidem gens eſt,
vt à verò DEO, ita à moribus
bonis remotiſſima: leuis, in-
conſtans, ad luxum profuſa,
illecebris voluptatum, aliiſ-
que Diaboli laqueis opportu-
na: quos MICHAEL ſingulari
Dei beneficio dexterrimè, vt
infra docebo eluſit. Locuſtas
iſti homines pro Gallinis viui
cuiuſdam Diuatæ, ſeu Idoli
(quod Laom nuncupant) ha-
 be-

bere solent. Itaque cum primum locustas in agris aduentantes vident, vnam earum capiunt, eiúsq; collo tantum auri, quantum ipsa, gestare potest, appendunt, eámque hoc munere ad Laomũ remittunt, vti pro eo suas è satis Gallinas iubeat facessere.

EVROPÆVS.

I.

RIdes hîc, credo, Europæe, stultitiam Indorum; vt qui Locustis aurum appendant ijsdémque ad Idolum suum tanquam legatis vtantur: rident illi, credo, non minus Europæorum; vt qui eodem laborẽt morbo, tantóque fædiores detestabilioréſque ipsis in veneratione habeant Locustas, quanto plus noceant Hæretici, quàm vel integri spurcissimarum greges Locustarum: præsertim

cùm

ùm Indis Christianis vt paulo post
emonstrabitur contra noxias illarū
opulationes arma sint; inter Euro-
æos impune passim infestissimum
oc muscarum genus grassetur. Ex
Hæreticis autem Locustas non ego,
iri docti faciunt: ex ijs Florimundus
Remundus, & Clarus ille Bonarsci-
s: atque illas quidem, quas S. Ioan-
es in Apocalypsi docuit, habuisse
peciem equorum, scorpionum, leo-
um, curruum volatilium & homi-
um armatorum; Locusta, animal est
x terra & sordibus natum, vt

Sentio nam dudum, puteus reseratur Abyßi
Pestiferæ, nares corrugat terra Mephitis:
Spicula solis habent: stetit atro turbine cœlum.
En en turmatim sine Rege Locusta sub auras
Egreditur, fumosa nigris examina regnis,
Paßim Evropa *parit: væ væ tibi terra, vidésne*

Vt fidei solem crassus ferruginet Error:
Hei centumgeminas Patriaque ebulli
Erinnys,
Stigmatios Caluos, subuerbustósq; Lu-
theros,
Lucifugas omnes Acherusia rostra, tre
centos,
Quos nebula cyatho contra non emeris.
Ventricosum adeò animal est vt præ-
ter ventrem vix quidquam habeat: &
quamuis alatum, volare tamen vix
potest; sed vbi parum sese in altū de-
dit, statim in terram ventris pondere
depressum relabitur. Similes plane
his sunt Hæretici: ventri toti addicti,
ieiunij, omnísque continentię hostes.
His venter Deus est vt Tertullianus
ait, focus Altare; cocus Sacerdos:
quorum fides in culina calet, charitas
in Lebete bullit, & spes omnis in ca-
tino, & olisco posita est. Quibus illi
rebus impediti, per viam mandato-
rum Domini gradi, aut contempla-
tionis alis animum leuare nequeunt:
sed quamprimum erigere aliquantu-
lum se conantur, statim Locustarum
more

iore in terram, vel potius è cœlo ad
nferos Fidei omnia bonis operibus
ihil tribuentes relabuntur.

*estia quid mendax Locusta? cucurbi-
ta, Venter,
actus aqualiculus, capitisq; pedúmque
saburra
opysmis agedum ventres mulcete Fa-
liscos,
Qui pia plus horrent ieiunia carnis ha-
benas,
Qua spatia, & vacuos rerum natura
meatus.
Nocte diéq; agitant carnes, votiq; po-
tentes
Hebræi stabulãt adipatas circiter ollas.
Ganea eis vitæ modulus: toga libera
námque
Omnibus vt sumpta est semel Hæresis,
omnibus æquè
Et Venus & Venter, geniúsque impune
fritinnit.
Vobis ante omnes cæcorum lumina tal-
pæ,
Inter musta scyphósque, noui crepita-
cula Verbi,*

Nu-

Numina qui carnem colitis, ventrémq;
Canopum:
Nigra culina quibus templum est Al.
taria mensæ,
Nidores Thymiama locus Popa victi.
ma pulpæ;
Hic vbi Threicia depôstus amystide
Mystes
Sacra facit, Cybelæ mysteria, & Orgia
Baccho.

Locustæ etiam Ducem nullum habent, sed turmatim huc illuc circumuolant. Superbiores enim sunt, quam vt cuiusquam ferant imperium: nec, quidquam in Catholicis magis reprehendunt. quàm quod omnes vni obedire sustinent.

---- at cum
Tot numerent capita, incisis per singula
collis,
Millia, quot sêclis totidem non pullu.
let Hydra:
Cur vnum terris caput excußisse labo-
rant?
Nempe Epicureos ἄφετα, vt quasi ζῶα
per hortos

Ace-

Acephali ſaltent, ſine rege, & lege Locuſta.

Locuſtæ mirum in modum fecundæ ſunt, ac breui longè latéque omnia obſident. Eodem modo Hæretici. Citò admodum creſcunt ac multiplicantur: ſicut paucis annis ingentem Hæreticorum ad inſtar fungorum vnâ nocte enatorum productam copiam vidimus.

Monſtrificos age nunc mecum circumſpice partus.
O formam, informem! cur ô pater optime vatum,
Nomine cur Behemoth canis anguimanos Elephantos?
Iſta magis Behemoth, cumulo cur corpus in vnum
Plurima concretis inoleuit bellua membris,
Ore procax mulier fuſis per colla capillis,
Dente minace Leo, lethalis acumine caudæ
Scorpius, alarum ſonitu furialis Enyo,
Auricomos regum radios mentita Tyrannis.]

Lori-

Loricâ miles, pigro modo ventre, quod
audit.
Nil agis Alcide, nil Perseu, Bellero-
phon nil,
Cerberus & Gorgon, Cacus, Leo Echid-
na, Chimæra,
Geryonésque trifaux, quod Iuno, ma-
læque nouercæ,
Quod mare, quod Phlegethon, quod
parturit Africa terra,
Omnia in Hæreticam coierunt mon-
stra Locustam.

Iam vultus humanus, quam S. Ioannes Locustis tribuit, initium denotat Hæreticarum concionum, quæ blandæ sunt & singularem pietatis ac sanctitatis speciem præseferunt. Nihil hîc audias nisi Christum, nisi æternum Deum, nisi Dominum, & Saluatorem nostrum.

Nauita Sirenes, Harpyras pellite agres-
tes,
Empusam pueri: peior pellacia vultus
Hæretici: caue sis per fucum sublinat
ora:

Nu-

Iudabunt Lamiæ mammam, lacrymísque dolosis
Ingluuiem pascet Pharia Crocodilus in vlua:
Hæc tibi mille dolos nectet logodædala, labris
Oscula prætendit; linguâ sed sanguinem adulat.
Vos bene & ô alias vxoria castra Diones,
Ad viuum expinxit muliebri schemate vates
Vestra nota est, vultu quâ prodit prodiga sexus
Lena, putres oculi, frons scortea, vitrea bilis:
Ventosa in lingua cui Mars, Venus, iráque regnat,
Quisquis & obtorto scriptura ducere collo,
Canitiem lacerare Patrum, dispungere ritus
Maiorum, ac oculos cornicum musteus audet.

At verò Scorpionis cauda fructus Hæreseos significat venenatos & pesti-

peſtiferos, triſtémque exitum, vt qua
Dei verbum falſis interpretationibu
corrumpit, & ad varios defendendo
errores detorquet; adeóque cauda
ſua venenatâ iſtos auditorum animo
lethali inficit veneno.

Scorpius adrepſit furtim caudámq; re-
torquens
Peſtiferam, in vulnus lunatâ cuſpide
vibrat:
Subſiſtitne feram paſtor refugitq; via-
tor
Ante pedes colubrum, aut turgentē col-
la ceraſten?
Quod metuant, caueántq; vident: at
Scorpius œſtro
Percutit incautos obliquo vulneris ictu
Incruſtare ſolent pueris abſynthia ma-
tres,
Paxillo propola nouo ſuſpendere ſcruta,
Emptori titulum. quid Scorpius Hære-
ſis? atrum vt
Quod vomuit virus, cupidâ plebs com-
bibat aure,
Bracteolâ verbi diuini id ſplendidè in-
aurat.

Hinc

linc ſpurios ſenſus ſub amœno ſpicula
thyrſo
um rapuit pulchris verborum ſparſa
corymbis,
fuge, cornuat arcum ; vmbram iacit
icere cauda
corpiacum in morem , turba collimat
inertes.
uas ſimul accendit puri prurigine
Verbi,
os flamma arentes , quam auidè po-
pulatur ariſtas,
uáq; conſpectâ liuorem ducit ab vuâ,
m rapidè hanc ſectam fur ganeo , a-
poſtata, leno,
uicumque & loculis decoctor lauerit
aluum,
uiq; in ſtercore humi , Bacchi, Vene-
riſque ſucerda
ſuillâ , & tenebris vitiorum ſuetus,
in ipſo
primit articulos : ſimiles nam labra
habuêre
ctucas. quid tunc ? Hecates anus
inuida ſacris
quiſenéxq; Charon , nebulonũ vap-
pa ſenatus, Et

Et coquus & caupo, mimus cum velit
scurra,
Déque Fide & Verbo, de religione no
uella,
Thrax velut in Thracem collectus, pu
gnat acerbè
Iámque supercilio patruos sapiente so
phistas
Propalam in exostra (post siparium an
te solebant)
Paulum ampullantur populariter ô ni-
gra cauda
ô stolidum vulgus!

Per Coronas in Locustarum capiti-bus arrogantia, & superbia Hæreseos designatur: similes auro sunt; quia Hæretici splendidos sibi sumunt titu-los, vt qui Euangelistæ, Prophetæ se-cundi Eliæ, secundi Enochi, & mundi denique Reformatores à complici-bus vocantur.

Vnum adeò deerat tot laudum insigne,
corona.
Ista quidem tota est Pancarpia, flore
corusco,
Plurimus Hesperidum modò qui flaue-
scit in hostiis, *Asper*

Asper & inscriptus magnorum nomina
regum.
Custodi extuderit Tirynthius aurea
mala,
Fortior hæc fului florem expugnare
metalli.
Grande operæ pretium; nobis ne lumina
ad aras
Præstinguat multo circumflammante
pyropo;
Fecit qua potuit, nimium quam rarior
esset;
Dum rapit vrceolos, calices vasarium,
& omne
Sacratum, capitisque vouet Diadema
profano
Usque adeóne tui generis te obliuio ce-
pit,
Ut regum titulos & opes Stlatarius op-
tes?

Quid ferrea Lorica? obstinationem hæreticorum & pertinaciam significat: vt qui victi etiam pro victoribus se gerant. Illis enim proprium est, rumpere potius omnia, quàm flecti.

Este

Esto penes te sit ferriq́; auriq́; potestas:
Bella cie; dentes restringe, & cornu tolle,
Mentitos Dominos; veros gere præd Tyrannos,
Omnituens oculus; qui te & tua despicit acta,
Grassandi ipse tibi statuit legémq́; modúmq́;.

Similitudo equorum paratorum in prælium audaciam eorum & temeritatem denotat, qua nec Goliatho nec vllis terræ filijs cedunt. Per ipsos autem currus equorum volantium celeritas significatur, qua Hæreses in diuersis ad septentrionem regionibus propagatæ sunt.

Væ mihi, vecto stylum, fugitiuáq́; retraho verba
Locusta en totas irarum effusa quadrigas
In Martem horrificis acuit stridoribus alas.
Crebrescit sonitus, Circo non quale celeuma
Increpitat currus, mappam dictator vbi album
Ex-

xplicat: at quanto falcatis eſſeda ro-
ſtris
xercent ſtrepitũ, gradiuo prælia cãpo.
gnoſco ; agnoſco crabronum claßica,
bombos:
ellona heu noſtras quibus, Hæreſis at-
tonat aures
icite, nam Parides Patriæ vulpéſque
iugatis
omanam ardentes ſegetem ſuccende-
re caudis
ſtra vbi muſta Fides niſi flammâ, &
ſanguine creuit?
uippe vbi nec ratio ; nec ſuada inui-
tat honeſtas,
is ibi flexanima eſt, & ferrea iura la-
tronum.
ulciber, ô cerebro Iouis excutere au-
ſe Mineruam,
iffinde his aliquot caput, obſtetrice
ſecuri:
ocellis rationum, armamentaria
cernes
ta igni & ferro; ſed erunt pars ma-
gna dolores.
ic Orci galeas, hic ignea tela Cyclopũ,

Ægida saxificam; quid plura? incon-
dita Auerni
Cincta Locustarum farragine, castr-
videbis.
Morphea nil miror, tristémque Phob-
tora, si vos
Ceritos agat Anticyras; spes si qua Ch-
rœbi
Relliquas superesse vias in mente pa-
tentes,
Quid? Gyaris quod digna audetis, La-
tumiísque
Vani intemperias capitis, laruásq; m-
cantes:
Pythia ceu, cùm latè hominum differ-
tis in ora,
Arma, dolos, sicas tragicas, iurata po-
tentum
Funera, in insontes mendacibus illit-
chartis:
Chartis, queis mucro stylus est, & sepi-
sanguis.

Locustæ illæ habent regem inuisibi-lem, nempe Angelum Abyssi, cui et-iam inuiti parere coguntur. Hic idem est; quem Iobus regem appellat filio-rum superbiæ. *Et*

...Et vobis Rex est: vastator abyssi
Angelus, Hebræis magnum cui nomen
Abaddon:
Vestro Marte potens, septem ô furiata
Trionum
Pignora Niliaco quantam non dena
Tyranno
Plaga tulit pestem, nostras qui vexit in
oras,
Templa, Cruces, aras, ritus & signa ve-
renda
Maiorum, antiquæ quicquid probita-
tis alumnum,
Fas & iura piûm, diuúmq; hominúmq;
reuellens.
Dicite, viuat io, regnum æternétq; Lo-
custis
Quale Lemoniacis Regina Ciconia ra-
nis.

Nomen ei Exterminans. Cônscende cœlum, obi terrarum orbem; descende in Tartarum; nihil omnino occurret, quod non Hæresis inuaserit.

Dic aliquis sodes, dic Rosci Grammati-
corum,
Locusta vnde trahit nomen? Loca feta
quod vrit?

An quod stare loco nescit? vtrumlibe[t]
optes:
Syllaba nec renuit cum bestia & ipsa si[t]
anceps.
Deflagrent segetes rubigine, fulmin[e]
quercus,
Sæuior ille animos vrendo Sirius adflat
Hæresis, & penitas depascitur igne me-
dullas.

Hæc Trinitatem oppugnauit; hæc Christum tam humana, quam diuina naturâ spoliare, hęc eundem cœlo includere, hæc sanctis beatitudinem, Angelis omnem venerationem, Ecclesiæ Sacramenta auferre: hæc eadem Sacerdotium, sacrificia vota, Ieiunia, dies festos, Altaria, Cruces, Reliquias, omnia denique pietatis ac religionis signa, atque ornamenta abolere aggressa est.

Familiaritas Hæreticorũ noxia, Adolescentibus vitanda.

III. Habes igitur, EVROPÆE, domi tuæ locustas, Indicis longè pestilentiores: à quarum venenatis rictibus, væ tibi, ni caues. Spicula occultè figunt; suauiter vulnerant, in illis pręsertim vrbibus, in quibus ius volandi ha-

ıabent. Ad Moyſen aut Aaronem, liquem confuge; & quod multi de meliore genere Indorum prodigioſo ıonnunquam euentu fecerunt arma acra oppone; tuis agris quantum in e eſt, proſcribe. Præfectura eſt, Mada, in Barnagaſſi regno: quam, vti & imperium totum Ioannis Presbyeri regis Æthiopum, ſubinde fæda ocuſtarum examina obruunt & omıia tum ſata, tum ex arboribus nata, epaſcuntur. Quin & tanta ſimul agnina ſordium per aëris tractum feuntur, vt non rarò quod ſupra fidem nperito videri poſſit, ſolis aſpectum dimāt, & quaſi tenebras terris induant. Quod ſi hi Locuſtarum cunei uot annis regionem peruaderent, d vltimam incolæ famem & egeſtaem, quamuis in fertiliſſimo ſolo, reigerentur; nec habitari, colíue poſet. Sed prouidentiâ ſupremi Numiiis ita diſpenſant vices vt nō eaſdem, odem anno, ſed modò has, modò illas populentur. Vt ſi hoc anno Luſianiam vaſtarent, altero Hiſpaniam,

Raderus in Aula S. cap. 14 in Obſer.

tertio, quarto & quinto, cæteríſque alia atq; alia regna (ad modum prorſus Hæreticorum) infeſtarent, & poſtremo ad prima reuerterentur. Quemcunque verò agrum obſident, vſque adeò perdunt, ac ſi Ætnæo eſſet incendio exuſtus, vt non vano nomine ab Vredine locorum Locuſtæ nũcupentur. mole corporum noſtrates non ſuperant flauenti alarum remigio. E ſolis pallore, futura illarum eluuies (ſicut à mala vita, ignorantia, & tenebris Eccleſiaſticorum Hæreſeon ingruens lues) ab incolis notatur: quia & ipſa tellus ex radiorum repercuſſu colorem trahit, certum indicium poſtero die inundationem fœdiſſimi geniminis futuram. Quæ res adeò mortalium animos percellit, vt attonitis ſimiles vultibus emarceſcant, & viua cadauera referant, ſeſéque perijſſe miſerabile lamententur; Ambutos ingruere: ſic inſectum hoc infeſtum appellant.

IV. Non poſſum facere, EVRO-

PÆ,

ÆE, (ignoſce prolixitati huius ar-
gumenti, quam condit rei inſolen-
tia) quin exponam, quod Franciſcus
Aluarez religioſiſſimus Sacerdos Re
gi Luſitaniæ quondam à ſacellis, ip-
ſe tertium oculis coram ſpectauit.
Barnæ, inquit, tres ipſos morati an-
nos frequenter audiebamus, modò
hanc, modò illam prouinciam à Lo-
cuſtarum intemperie vexatam. Cúm-
que non procul à noſtro, vbi degeba-
mus loco abeſſent, pridie vmbrã ſolis
flaueſcentem, pallentémq; animad-
uertimus, quo ſigno externati paſſim
omnes exanimatíq; videbantur. Po-
ſterâ luce tantum agmen infamis vo-
lucris adflauit, vt centum viginti
millia paſſuum, id quod poſtea ac-
curatè ſignauimus, occuparent. Preſ-
ſi tanto malo cum populo Myſtæ, ad
me certatim accurrere, conſilia, &
auxilia implorare; conſulerem in
medium ſi quid ad hanc noxiarum
beſtiolarum peſtem auertendam
opis occurreret: reſpondi ad aras
confugiendum, cæleſtémque

Franc. Aluarez apud cit. Auct.

Numinis clementiam omnibus nob[is]
deprecandam, vellet hoc exitium à
ſegete, & ſpe vitæ ſuæ amoliri. Lega-
tis quoque regijs auctor fui piæ ſup-
plicationis inſtituendæ. Placuit om-
nibus conſilium, indicitur in ſequen-
tem diem frequẽs populi conuentus
Adſunt frequentes cum ſuis Sacer-
dotibus, qui ſacrum ex altari lapidem
more gentis geſtantes crucem prætu-
lerunt, quos ſecuti noſtrates Luſitani
omnes, cælitum ordines, vt eſt in Li-
tanijs, inuocarunt. Populus aſſiduè
nobis monentibus inclamabat, *Zio-
marinos Chriſtos*, hoc eſt, Kyrie elei-
ſon, ſeu Chriſte miſerere. Hoc ordine
& cantu, in campum, & ſegetes egreſ-
ſi, ad collis humilioris tumorẽ, quin-
que millibus ab oppido paſſibus ſub-
ſtitimus; vbi ego de Locuſtarum gre-
ge iuſſi non paucas ad me afferri, qui-
bus ex formula pridiana, noctu con-
ceptis verbis compoſita dicas pro ri-
tu Eccleſiæ imprecatus imperaui, vt
intra tres horas fugam molirentur, &
aut mare proximum peterent, aut pa-
gano-

ganorum Æthiopum oras vexarent, aut in deserta siluarum & inculta montium auolarent, vt ne vlli deinceps Christianorum detrimento essent, néue sata illorum læderẽt. quod nisi dictis parerent, in prædam, auibus, feris, turbinibus, fulminibúsque & tempestatibus datum penitúsque extinctum iri. Oblatas ergo Locustas & loco absentium omnium à me ita proscriptas, ad reliquas quasi allegatas amandaui. Audijt benigna DEI misericordia nostras preces extemplò. Nam vbi (quo ordine domo supplicabundi processeramus) regressi sumus, tam densæ terga nostra turmæ premere cœperunt, vti metueremus, ne capita nobis obtunderent. Tanto enim impetu humeros nostros pulsabant, ac si saxea grando nos verberaret. Vniuersus itaque Locustarum nimbus ad mare volatum præcipitauit. Viri fæminæque cum liberis, qui domi interim curabant, tecta summáq; domorum fastigia conscenderant, vt fugam & immensa Locustarum examina

Proscriptio Locustarum prodigiosa.

mina nos ſequentia ſpectarent, qui immenſis ad cœlum clamoribus ſublatis, DEO nobíſque victoriam, velut ex hoſtibus reportatam gratulati ſunt: Paulò poſt exorta ingens tempeſtatis procella, vt fragore cœlum omne & terra, tribus horis contremiſceret, maximíque imbres deciderent, qui deprehenſam in aëre Locuſtam oppreſſêre, atque penitus merſêre. Vbi aquæ difluxerant, omnes paſſim foſſæ, & aquæ ductus, maximos Locuſtarum cumulos & aggeres decem pedes altos obſtupeſcentibus cunctis monſtrauêre. Alicubi toti montes aggeſti ex illarum cadaueribus cernebantur. His votis peſtis ab agro, non tantum Barnenſi, ſed vicinis & remotis oris etiam, rogatu dynaſtarum magno Luſitanorum nomine, quos pro ſanctis Æthiopes habuêre, auerſa. Soli ex monachis & ſacris, quod ipſi nihil horum, vt Hæreſi infecti, poſſent præſtare, velut olim in Martyrum patratis miraculis pagani, hæc magicis incantatio-

Mira ſupplicationum & precũ Eccleſiæ vis.

ionibus adſcripsêre. Quod Locu-
tarum perniciosum genus, vt Devs
imilibus bonorum ſupplicijs exora-
us, ſi non penitus ex Europa noſtrâ
aceſſere iubeat; meliori ſaltem me-
amorphoſi ex impuris locuſtis ſe-
lulas Eccleſiæ apes, & ex lapidibus
ilios Abrahæ efficiat, cœlum, mi
Evropæ precibus ſæpe fatiga,
nnocentiam noſtri Indi viuendo,
epræſenta. Multum aduerſus hanc
eſtem poſſunt preces, plus exem-
pla.

Rogandus Deus pro extirpatione Hæreticorum.

INDVS.

CÆterum ex Idolis, quæ gentiles Michaelis in præcipuâ habere veneratione ſolēt, ſunt quæ *Dalongdones* appellantur. Nec aliud hæc mō-ſtra ſunt, quā molares Crocodilorum dentes, in quorum parte infimâ, caput humanum

Cap. IV. Idola Indorum, eorûmq; de futurâ vita deliria.

ex ebeno, aliáue materia cæ-
latum prefigunt Portenta hęc
aiunt maiorum ſuorum reprę-
ſentare ſimilitudines, eáque
adeò religiosè colunt, vt ne
tangere quidem auſint, arbi-
trantes eiuſmodi temeritatē,
aut morte repentinâ, aut mē-
bri alicuius iacturâ luendam
Præcipuam horum Idolorum
domum cremârunt eo ipſo
anno, quo ex humanis MI-
CHAEL ſublatus eſt, Chriſtia-
ni. Ea erat prægrandis arbor
cuius rotunditas centum fere
ſuperauit, palmos, *Nonoc* ap-
pellata. firmáque apud gentē
& ab antiquis accepta opinio
eſt, protinus malâ morte oc-
cubiturum, quicunque vel fo-
lium inde carpere, vel tractare
ſtipitem auderet. Ignis ergo
ad-

Chriſtianorum feruor in exeindēda ſuperſtitione.

admotus triduo arſit: miſſi deinde viginti quatuor Chriſtiani, quod ſuperauerat inuiſi ligni præciderunt. E quibus vnus, nullo quidem Magiſtro, Crucem in Religionis ſuæ teſtem, ibidem erexit. Porrò, vt & illas de his populis ineptias, ſeu miſerias potius accipias EVROPÆE, de inferorum pœnis nihil, de futura gloria & felicitate, non niſi ridicula quædam credunt, & obſeruant. Quo quiſque nobilior, crudeliórque hoc eum altius in ſuo cœlo collocant. Telis ſeu ſagittis confoſſi, ſubſultantibus in ipſo iaculi ictu præ trepidatione animis, ſurſum ferri dicuntur, vbi inempto ſcilicet cibo potúque perennes ſaginentur. Patibularij & laqueo

Somnia Vigilantium.

ſuffocati, in media aëris regione, abſque vlla aſcendendi, vel deſcendendi facultate hærere cenſentur. Reliqui omnes, quocunque ſint ſcelere obſtricti, ab ipſo interitu locum quendam, occidentem verſus petere creduntur *Calondam* dictum; in quo ludis neſcio quibus (ô cæcitas!) libræque cuidam arundineæ, operam æternam dare conſueſcant.

EVROPÆVS.

I.

DEvs bone! quantum in tui inueſtigatione deliratur à mortalibus? Deum aliquem eſſe, nemo ferè tam barbarus, & vecors eſt, qui neſciat; qui verum agnoſcat, rarus apparet, in tantâ hominum multitudi-

udine: vt tu, mi EVROPÆE, meritò gratulari tibi Deóque vero, qui sui tibi cognitionem non inuidit, gratias immortales & agere, & habere debeas. Miraris Crocodilorum dentes, stolidos hos Indos diuino cultu afficere? maior quondam Ægyptiorum stultitia atque insania fuit, quos Ombitas dicebant, qui, vt Græci Olympia Ioui, sic ipsi Crocodilo dies festos consecrabant, & si quando liberos suos ab ea bellua rapi & deuorari contigisset, gaudebant, rati DEO se probari, vt cui escam genuissent. Quid, quod Hastas, aut ligna delibrata corticibus, antiquissimi mortalium coluisse memorantur? vnde illum Romani deinde morem obseruârunt vt singulis Deorum, singulas Hastas attribuerent.

In re summâ summa mortalium stultitia.

Alexander ab Alex. lib. 6, Genial. dier. cap. 26.

Quis noscit Volusi Bithynice qualia demens
Ægyptus portenta colat? Crocodilon adorat
Pars hæc: illa pauet Satura serpentibus Ibim.

Iuuenal. Satyr. 15.

Effi-

Effigies ſacri nitet aurea Cercopitheci,
Dimidio magicæ reſonant vbi Memnone chordæ,
Atq; vetus Theby centum iacet obruta portis.
Illic cæruleos hic Piſcem fluminis, illic
Oppida tota Canem venerantur, nemo Dianam,
Porrum & Cepe, nefas violare, ac frangere morſu,
O ſanctas gentes, quibus hæc naſcuntur in hortis
Numina! ſanatis animalibus abſtinet omnis
Menſa. nefas illic fœtum iugulare capellæ:
Carnibus humanis, veſci licet.

O furorem! tantóne plus Capella homine? Sed infinitam monſtroſorum Numinum colluuiem quis enumeret? nihil tam abſurdum, tam humile, tam abiectum quod non à furiosâ antiquitate in Deorum tribunalia, & puluinaria fuerit admiſſum.

II. Breuis ero. Ex Auibus Aquilæ, Ibes, Scarabæi: ex Beſtijs, Boues Vituli,

li, Leones, Hirci, Feles, Lupi, Dra-
ones; ex Terra Lapides, Ligna, Col-
s, Montes, Arbores, Viſcus. Et quod
enus hominum aliquem ſibi non
ngebat Deum? Poëtis ſuus erat
hæbus, Ægris Æſculapius, Nautis
ortunus, Ruſticis Faunus, Militibus
Iars, Fabris Vulcanus, Nubentibus
Iymenæus, Iurantibus Fidius, Pere-
rinantibus Domiducus, Laboranti-
us Agonius, furibus Mercurius: Iam
nter eos, qui plurimum ſapiebant,
a deſipiebant, Pannenides Deum
utabat Coronam, Prodicus Elemen-
a, Archelaus Terram, Epicurus Ato-
nos, Zeno Legem, Thales Aquam,
Chryſippus Fatum, Mileſius Aërem,
Philolaus Numerum, Cleanthes Ra-
ionem, Alcmeo Solem, Heraclides
Mundũ, Anaximander Sidera, Speu-
ippus vim, Theodorus Nugas! κα-
λῶς! hoc videlicet reſtabat, vt vnus re-
iquorum omnium de Dijs ſententias
ſto quaſi Epiphonemate complecte-
etur. Sed necdum ſatis. Habebant
Pueri ſuum Fabulinum, Vagitanum,
Pitum-

Colluuies Deorũ apud antiquos.

Cicero de Natura Deorum lib. I.

Variè refutat, varios.

Pitumnum, Stafilinũ habebãt morb. Anyeronam, Postuertam: Arbonam habebant Fores Forulum, Fines Terminum, Arcæ Arculum, Fornaces Fornacem, Patellæ Patellarium. Apud Lacedæmonios Plutarcho teste, Templa Timori, Risui, Morti dicata fuêre: Tertullianus Ioues trecentos, vel si mauis, Iupiteres ait à M. Varrone enumeratos: Hesiodus verò triginta Deorum millia in orbe terrarum habita fuisse memoriæ prodidit. Phui! pudet dedecorum, & ineptiarum EVROPÆ; nimis prolixè breuis fui, fateor: sed hoc tamen ex ista farragine monstrorum disces, quantum debeas illi, qui præ tot millibus mortalium sapere te docuit, & in numero rectè de DEO, summáque salutis atque æternæ felicitatis sentientium esse suâ immensâ bonitate permisit.

III. Vnde tu habes, obsecro, quod plus reliquis sapias? quod Europæus, non Ægyptius, non Turcus, non Indus natus? O beneficium, non singulis

ulis tantum mensibus, diebus, ho-s, sed momentis, aut si quod mo-iento interuallum breuius est, tibi ADOLESCENS recolendum, at-ue in hæc potissimum verba sup-licabundo pectore & ore prorum-endum. *Vnde nam hoc mihi* DEVS *Opt. Max. beneficium, vt à Christia-nis parentibus natus, inter Christia-nos educatus, tui cognitione imbutus, nôrim, quâ eatur ad cœlum viâ, qui-bus artibus regio illa improborum fu-nestissima, exitiúmque sempiternum euitetur. Quid horum cogitaueram, cùm non essem? cur accepi, cùm non peterem? Eram, priusquam eram, quod Indus: cur ergo Europæus na-tus sum? Ex nihilo suum vterque probat genus: vnde igitur mihi Christiani parentes? Gratia bap-tismi? vera Religio? Libertas? Spes æternæ salutis? Nihil horum* MI-CHAEL *Ayatumus habuit; inter Crocodilos natus; Locustis deuotus; Cacodæmoni præda, ad septimum vsque*

Pro Beneficio Vocationis, & Electionis Deo sæpè agendæ gratiæ.

Gratiarũ actio ex Psalmo 115.

vsq; annum expectatus. Itaque, qui retribuam Domino, & quâ vitæ innocentiâ tanti in me beneficij magnitudinem rependam? Calicem salutarium actionum, corporis castigationum lubens, volens accipiam, & nomen Domini, quâ voce, quâ mente diu noctúq; inuocabo: tum deinde etiam vota mea, quæ vel nuncupaui, vel olim nuncupaturus sum, Domino reddam, coram sanctißimâ eiusdem Matre Virgine MARIA *cælitibúsq; vniuersis: nam pretiosam in clementißimi* DEI *conspectu talium mortem esse non ignoro. O Domine mi* IESV *Christe tu nôsti, quia ego seruus tuus sum; ego inquam seruus tuus, & filius ancillæ Matris tuæ & meæ. Tu enim dirupisti vincula peccatorum, quibus à Diabolo constrictus tenebar: tu illa quoq; vincula disrumpes, quibus Tartareus auceps irretire me quotidie conatur, ijsdémq; inuolutum miserabili catastrophe ad inferos præcipitare: vt hostiam laudis tibi in terrâ supplex frequenter sacrificem; in cœlo verò nomen quondam tuum sanctißimum, cum vni-*

iuerſo beatorum cætu æternum de-ntem. Amen.

I N D V S.

Cap. V. Religionē Chriſtianam à Patribus Societatis Iesv diſcit Michael.

AD iſtas ergo miſeras gentes, ab his aliiſque ſexcens delirijs, ad ſapientem, ſotiámque CHRISTI legem euocandas, Patres Societatis ſv multis iam annis laborauerunt, ingenti conatu, pari uctu. Fueruntque iam ante nnos ſeptendecim in his Inlis ex eadem Societate hoines nonaginta amplius los decem manipulatim diſtriuti; quo facilius in omnem uaſi partem ſe vertere, & caitali ſalutis humanę hoſti ocurſare poſſint. Stragem iam agnam auctore Deo fecêre, ultáque millia animarum ex pote-

potestate tanti Tyrãni, gladi
verbi Dei & inuictâ potissim
S. Crucis virtute extorserun
Neq; enim vllum armorũ g
nus est, patribus, vel cõtra ho
stem Tartareum potẽtius, v
circa quod diuina vis ac cæle
stis sæpius certiúsq; operetu
quam trifida illa salutaris lign
romphæa: confirmaríq; illu
multis & illustribus posset ar
gumentis; sed vnum hîc tib
credo, EVROPÆE, sufficiet
quod circa mortẽ MICHAE
LIS contigisse litteræ Tayta
yenses prodiderunt. Iter est
Taytayum ex fluuio Manila
no per riuulum angustum: in
cuius ingressu nodosa cru
vexillum paruum rubrâ alia
cruce decoratum in summo
apice ostendit. Ad hoc cum
adie-

Anno CIↃ. IↃC.IX.

adieciſſent oculos quidam,
ocum non procul diſſitum
etituri, illud pro nauiculæ
uæ ornamento è Cruce tol-
unt móxque lacui ſe creden-
es, cœlum nubilum, ventos
contrarios, imbrem effuſum,
aduerſa omnia experti, totâ
lla nocte fruſtra laborant: a-
deò vt ſummo mane in ipſa
acus orâ defeſſi reperirentur.
Quare religione tacti ne ma-
ores aliquando temeritatis
uæ pœnas dare cogerentur,
Vexillum priſtino loco, cum
pudore & damno repoſue-
unt. Haud multo poſt, alius
etiam Indus, belli huius Ve-
xilli tactus deſiderio, ſacram
arborem furtim conſcen-
dit, cúmque iam ad illud ſa-
crilegas manus extendiſſet,
pe-

CRVX *prodigio-ſa.*

pedes eius ita nodis & ſtolo
nibus ſunt implicati, aggluti
natíque, vti nec ſurſum eniti
nec deorſum ferri poſſet; trũ
co ipſo magis truncus. Itaqu
pœnitere ex damno miſer ve
niámque poſcere in eo ipſo li
gno, vel quod vniuerſo Mun
do venia impetrata eſt; ſicqu
deſcendit. Dum hæc in vulgu
ſparguntur, accidit, vt quad
die Vexillum idem à valid
vento in flumen deturbare
tur: ſed ita ferebatur ſuper a
quas erectum, quaſi in terra fi
xum foret, aut à manu ſuſten
taretur. Quod cùm illuc tran
ſeuntes vidiſſent Pinagbaotẽ
ſes non minore gaudio quam
reuerẽtia, ac veluti triumph
illud è flumine ſublatum in
oppidum ſuum reportauerũt;
quod

uod & ijs, quaſi vicinis, nec
on affinitate coniunctis Tay-
ayenſes permiſerunt. Crucis
aque, quod dixi, potiſſimum
uxilio; quam his gentibus
rædicant Patres tantam præ-
am agunt, & à Tyrãnica Ca-
odæmonis ſeruitute in liber-
tem CHRISTI vendicant:
tque in his quidem ſpolijs
DOLESCENTVM hunc le-
iſſimum, quem ego forman-
is tuis moribus, EVROPÆE,
t Indiâ vocandum cenſui,
on poſtremo loco numera-
erunt: qui, ſi de virtute cer-
tur, poſſit cum optimo, &
integerrimo quouis Euro-
pæo componi, multis
etiam præponi.

EVROPÆVS.

I.

ID quod ne tu quidem inficiaber
tametsi Europæus. Vbi enim de
Adoleſcentis huius, ſeu pueri potiı
virtutibus, non ſanè puerilibus inſı
fuſius cognoſces, in prætextâ viruı
te vidiſſe dices. Nunc id ſolum dc
ceo, quantum poſſit ad hominem a
impietate & perfidiâ ad veram ſince
rámque religionem traducendum
ſalutiferum Crucis Vexillum; (de
quo paulò ante) in iſtis maxime po
pulis & regionibus, in quibus, tan
quam ſuâ ſe in Aulâ iactare ſolet
Princeps tenebrarum. Tranſi mecum
ſi placet, EVROPÆE, paululum e
Philippinis in Peruanam oram: vb
hoc in genere res accidit, omnibu
Europæis admiranda.

Digreßiuncula ad commendationem S. CRVCIS.

II. Cuzchum, ciuitas quondam
Ingarum fuit, quæ nunc Hiſpanorum
imperio ſubiecta eſt; in qua etiam vr-
be Societatis eſt collegium, ab ea
pro-

rocul quindecim dierum itinere,
rouincia quædam visitur amplissi-
na, armis diuitiisque præpotens, cu-
usque amplitudo leucas dicitur col-
igere quingentas. Ad hanc prouin-
iam, cum quidam Christiani fuge-
ent; vnus ex ijs inter sarcinulas Cru-
ifixi imaginem fortè coniecit: qui cũ
ostea ad illius prouinciæ Metropo-
m peruenisset, multiq; admirabundi
uærerent curiosius, quid illud esset?
espondit, illum esse Christianorum
DEVM. Quæ res hominũ sermonibus
elebrata ad principis aures peruenit,
s eâdem videndi cupiditate indu-
tus in aream palatij, cum trecen-
s circiter viris processit, hominém-
ue sibi cum imagine sisti iussit. Quã
um in manus sumpsisset, diligenter
ontemplatus, Hiccíne, inquit, Deus
st Christianorum? Ille ipse, Indus in-
uit: Tum princeps: ain' tu? Hiccine
eus est, quo adiutore Christiani In-
as, totúmq; regnum Peruanũ subе-
erunt? Cum Indus affirmaret, At hic
rinceps, homo est, ait, omnibus cru-

Antonius Valtherinus apud Raderum Virid. part. 1. in fine.

ciatibus necatus: ſimul ad imaginen
expuens, homini reddidit. Mirum di
ctu! ſtatim, vt Indus in manum acce
pit Imaginem, cœpit illa caput, quo
in dexteram partem inclinatum ha
bebat, ad ſiniſtram conuertere, & o
culos in principem, cæteróſque qu
adetant, defigere: qui omnes conti
nuò præter eum qui crucifixi teneba
imaginem, conciderunt, ac tres hora
ſine ſenſu, & ſpiritu, mortuis ſimile
iacuerunt. Quos cùm populus, mor
tuos exiſtimaret, ingens tota vrbe lu
ctus, excitatus eſt. Interea Princeps,
ac deinceps cæteri ad ſe rediens, ſur-
génſque exclamauit: verè magnus eſt
Chriſtianorum DEVS reliquiſque
omnibus ſtupore defixis, pœna capi-
tis propoſitâ edixit, ne quis in poſte-
rum Chriſtianorum DEVM blaſphe-
maret: atque extructo, exornatôque
iuxta palatium ſacello ibi Crucifixi
imaginem collocauit, atque ab om-
nibus adorari iuſſit. Poſtea cępit Prin-
ceps quærere ſubtilius de transfugis,
quis eſſet Chriſtianorũ DEVS, quæue
eius

Ingenti prodigio, renouata per Crucem, Iudæorũ quondã in horto ſtrages.

:ius colendi ratio ? cum illi rudes ſe,
& ignaros faterentur ; eſſe autem
Cuzchi Patres quoſdam(noſtros vi-
delicet intelligebant) qui mira de hoc
DEO loquerentur, Indóſq; cum om-
ni humanitate erudirēt; Princeps eos
adire conſtituit, conſilióque habito
cum ſuis, viæ ſe cum filiolo ſexenni
vnico commiſit, ſex tantum Dynaſtis,
atque duobus ex transfugis comitan-
tibus, cultu etiam corporis, veſtibúſ-
que mutatis, ne poſſet agnoſci. Itaque
cum Cuzchum perueniſſet, vſus inter
nuncio Hiſpano quodam nobili al-
terius è transfugis affine: P. Rectorem
conuenit, eíque ſe, ſuíque aduentus
cauſam arcano aperuit; rogátque vt
aliquos mittat qui ſuos populos,
Chriſtianâ religione præceptíſque
informent. P. Rector gratiſſimum ſibi
nuncium illum oſtendit; paratum,
ſe ſuóſque ad illi obſequendum : ve-
rum ſine ſuperioris poteſtate ab eo
loco commoueri non licere, neque à
ſuperiore, qui paſſuum millibus qua-
dringentis abeſſet, ante duos menſes

reſponſum haberi poſſe. Princeps ve-
ritus, ne, niſi ad condictum diem re-
uertiſſet, ante aliquid à ſuis domi tur-
baretur, conſtituit proficiſci; relictó-
que filio ſuæ fidei obſide, vt Chriſtia-
nâ religione inſtitueretur, baptizare-
túrque proficiſcitur. Poſt duos men-
ſes adeſt, iterũ bonus vtiq; Princeps
inuenítq; reſponſum à ſuperiore da-
tum, ingreſſum ad eos modò non pa-
tere; in poſterum tamen deliberatu-
ros, quomodo eis conſulatur. Cõtur-
bauit nonnihil hoc reſponſum Prin-
cipis animũ atq; tum ægritudine, tum
itineris labore homo præſertim ætate
iam affectâ in morbũ incidit, mortíq;
proximus poſtulauit, vt baptizaretur:
filióq; cum ſuis domum remiſſo, ipſe
iam baptizatus, magnâ cum pietatis
ſignificatione ſpiritum Deo reddidit.

S. Crucis vis, ac veneratio ex Europa paulatim ad Indos migrat.

III. Ecce tibi EVROPÆE, quid
Crux in India poſſit ac faciat, dum in
Patria tua, ab Hæreticis, impuriſſi-
mis Iconoclaſtarum nepotibus, ride-
tur, excinditur, pedib⁹ calcatur. Quo
autem, Deum immortalem! & dede-
core

ore florentiſſimæ, religioſiſſimæque
uondam terræ, & exitio gentis? Do-
umentum à Belgis habe. Quo tem-
ore Belgas florenté prouinciam E-
iñys Gallica deformare, & longè la-
ẻque, non tam ferro, quã Hæreſeos
eneno incœpit populari: certatim
nulti, ad templa profanãda, ſtatuáſq;
ælitum omnes loco mouendas, & i-
nagines demoliendas hac illac alij cũ
lolabris & bipennibus, alij cum tædis
& facibus ruebant. Scelus vnum erat,
ion feciſſe ſcelus. In ea rerum facie,
uit è colluuie cæterorum homo, quẽ
nnum tabella quædam à maioribus
ccepta, habuit clementiorem. Mo-
iit enim vel rei precium, vel operis
rtificium, vt cum ſacra omnia con-
lagrarent, ea funebri rogo ſubdu-
ta, & templis ariſque ſuperſtes, in
anguli tenebras abderetur: cum de-
creto ne cui ſuorum conſpecta, ido-
lolatriæ materies eſſet. Ita latuit im-
punè, carceriſque pædorem aliquã-
diu vicit. Appetebant fortè Chariſtia
& homo, quo parietibus gratiam

Bidermannus in Proluſionibus Theol. Prol. 2.

conciliaret, inter propetaſmata ſe-
ricámque veſtem, qua domus præte-
xebatur, etiam hanc proferre tabu-
lam, déque clauo ſuſpendere cogita-
bat. Factum. Hîc noua, & nulli iam
dudum agnita ſpecies, omnem fami-
liam aduertere; ac ephebulũ præſer-
tim, præter cæteros mouere; vt quid
rei fieret, quémque Tragica facies
virum referret, percontaretur; Diſſi-
mulat pertinaciter, puerúmque elu-
dit impius Pater. At, puer eò conten-
tius agere, votíſque & precibus tan-
dem importunis animum patris euer-
berare, vt formæ lugubris inſolenti-
am explicaret; non videri de nihilo,
quod pallentis hominis ſimulacrum,
tótque vulneribus ac vibicibus liui-
dum, ab informi trunco pendere cõ-
ſpiceretur. Nihil ad eum diem ſibi
tam atrox, viſúque funeſtum occur-
riſſe. Pater, quod res erat CHRISTI
ait à Cruce ſuſpenſi imaginem eſſe.
CHRISTVM addidit DEI filium ha-
beri, eúmque quo nobis conſuleret,
agi ſe in Crucem permiſiſſe. Dicebat
haec

Miſerãda Hæreticorum Chriſtianæ rei ignorantia ob Contemptum imaginũ.

æc frigidè Pater, neque aliud per hæ-
sin licebat: ſed maiori cum ſenſu e-
hebulus accepit. Nam altum con-
emiſcens, deuenerari ſignum reli-
iosè cœpit: &, quantam hic, inquit,
nandi mihi materiam ſuppeditauit,
ui tam atrocia ferre in meam grati-
m non refugit? Erubuit vocem pue-
ıli Pater: idem & Hæretici facerent,
frontem adhuc aliquam, aut men-
em haberent: nunc, quia tam effron-
es, quàm amentes ſunt, & ſalutis no-
træ præcipuum inſtrumentum riſui
antopere, atque neglectui habent,
ndi Europæorum partes agunt, piæ-
ue operæ pretiū non raró ferunt. De
e quidē, optime Adoleſcens, ambi-
gere prorſus nihil habeo, quin omnes
Cruces, CHRISTI IESV nomine, non
honore ſolùm, ſed & amore ſummo
ampleċtaris.

IV. De Granadilla autem, flore Peruuiano, Crucem, ſeu Crucis inſignia, inſigniter profectò repræſentante, qui taceam? hoc præſertim capite in quo Crucis Vexillum ex Europæ,

GRANADILLAE *Flos, Paſſio Domini dictus ab Indis.*

 Hære-

Hæreſeónque oculis, ad Indos tranſ uolâſſe, dicere inſtituimus? Vidiſſe te EVROPÆE, felicem illum Floſculum in chartâ ſaltem, qui Indis in Horti naſcitur, haud ambigam. Proinde quæ luſimus olim in eandem Plantā iuxta cum alijs quibuſdam, Epigrammata, huc tibi, leuandi faſtidij, tranſ ſcribimus: ex vltimo videlicet Iacob Gretſeri Tomo, qui Hortus S. Cruci eſt, in quem illi ipſi diuerſorum Poëtarum verſus tranſplantati ſunt.

Partim Ingolſtadienſiū, Partim Bononienſium.

LVDVS
PIVS POETICVS
IN
PLANTAM INDICAM

Quam

Melior Sol & Natura Indiæ occidentali donauit.

I.

F*Loſculè, Flos florum, cunctorum floſcule florum*

Re-

Regule, & hortorum ſtella, decúſq; nouum.
[F]loſcule, quo phœbi iactat ſe terra cadentis;
Floſcule digne ſeri nobiliore ſolo.
[F]los ſi liceat cœlo tranſcribere flores,
Hic certè flos eſt dignus ad aſtra rapi.
Quo non proficies natura? effundere ſtellas,
En etiam didicit Terra vel ipſa nouas.

II.

Hoc Germen, florem qui tantum nominat, errat:
Stare arbor fructu nobiliore, nequit.

III.

Ergo formoſas cecidit Narciſſus in vndas,
Flóſq; ſtetit Domino poſthumus iſte ſuo?
Heu cecidit funúſque fuit? DECOR *ipſe,* DEVSQVE
Vltro letheas ipſe ſubiuit aquas.
Hos clauos, has ille Cruces, hanc ille columnam;

CRVX, Vt & Gretse-rus loc. cit. obser-uauit: in hoc Flore propriè nulla est.

Hos sentes, hastas, vulnera, flagra tulit.

Vidit, & ipsa suum fleuit Natura parentem:

Fleuit, & in lachrymis florea, gutta fuit.

Quam carpens Indus: CHRISTVMNE *negabimus, inquit:*

Quem fletu est verum Terra professa Deum?

IV.

Quid mirum, è Templis commigrâsse Tropæa,

Hortorúmq; velut iussa, subisse larem?

Est gratus Templi hic animus. crebrò hortulus antè

Ad templum flores iusserat ire suos.

V.

Vnum quis reputet florem, cui quatuor insint

Miracula & Mysteria.

Vulnera, cum Clauis, Columella, Corona renident:

Tropæa quattuor CRVCIS.

VI.

In

u generose frutex, quid in hæc mira-
cula surgis?
Nutrisq; hastatas per tua membra
comas?
Vidi ego damnatis Hispanica castra
sarißis,
Hæc arma in gentem vertere sæpe
tuam.
Nec verò incassum. Ceßit victoria,
quámq;
Ferrea non potuit, lancea sacra de-
dit.
Et tu degeneres porro vernabis in ha-
stas?
Deuictósq; Indos, Indicus ipse voles?
Omen, iô, faustum! cunctis dominabi-
mur Indis:
Nam Patria in Ciues suggerit Ar-
ma suos.

VII.

Qui doceant Indos; non possunt deesse
Magistri:
Quos inter, mutus quando Ager ista
potest.

VIII.

Narciscus omnis, & Hyacinthus mihi
Vale: D 7 *Vio-*

Violæ, rosæque, liliáque mihi omnia
Valete, & omnes gemmulæ hortorum:
vale
Zephyri familia omnis: oculorum pellices
Omnes valete flosculi: sordet mihi
Crocus Sabæa fætet omnis mihi seges.
Sua sibi pometa Alcinous habeat; sua
Midas roseta: Elysia rura rideo.
Natiua prætorum Smaragdus displicet:
Iam & hortulorum purpura non recreant:
Niues odoras liliorum nauseo.
Nec lychnidum moueor venusto sanguine:
Non amplius flagrant rosarum flammulæ:
Regina florum, omnésque proceres iam mihi
Euiluerunt, præ nouo isthoc germine,
Et flore florum; qui coronam fert, quam Amor
Meus cruore purpurauit proprio.

Flos

Flos ille clauos fert, Amorem qui meum
Transfixerant: flos iste fert pyramidulam
Ad quam flagellis cæsus est, Amor meus.
Flos hic, ita vincit odore flores cæteros,
Vt totus esse nasus optet quispiam,
Meliore tractus, quam Catullus halitu,
Flos hic ita forma vincit omnes flosculos,
Vt totus optet esse spectator Oculus,

IX,

Sic inculta DEI *meminit Natura dolores,*
Vt CRVCIS *in multo stigmata flore notet.*
Non desunt claui, columella, & spinea serta;
Nec sacer à quino vulnere sanguis abest
India ne paucos dicas CRVCIS *esse Magistros,*

Pul-

Pullulat in medio ſponte Magiſte[r]
agro.

X.

Quinque vides vno formoſas Germin[e]
plagas:
Debetur palo Gratia tota CRVCIS.

XI.

Hæreſis, heu, pridem conuicta eſt argu-
mentis
Impia? mirandis prodigiiſq; Crucis.
Et quia de tẽplis inſignia ſancta ſalutis
Suſtulit, & peſſum, quà potis illa, de-
dit;
En ex orbe nouo mittit Natura peregrè
Noſtro orbi ſobolem, munera rara
ſuam.
GRANADILLA *quidem parua es: ſed*
grandia præſtas,
Tu Crucis eloqueris, muta vel ipſa
preces.
Quot folia, & ſpinæ aut fructus tibi ſtẽ-
mate pendent,
Tot linguæ iaculis perfida corda fe-
ris.

XII.

Chriſte, tuos memori, quis voluit mente
dolores? *Mœ-*

Mœstâ oculis sanguis cui tuus excit aquam?
Heu paßi quanta est obliuio Seruatoris,
Non nisi cum iurant vulnera Christus habet.
Quàm lallare sciat, quoties iam peierat infans?
Quà poßit furi fallere iam didicit.
Iam pueris omnis ludendi est nota supellex;
Sæpe tuam ignorant, saucie Christe, necem.
Sæpe prius norunt quo monte Falerna vehantur,
Quam quo Soteris vulnera monte fluat.
Non dubio pictas distinguunt ordine chartas,
Quâ veniat victa lusus ab arte, sciunt.
At cum fortè vides morientem in imagine Christum,
Quem notet ista reum picta Tabella, rogant,
Hac, fecunda parens scelerum docet Hæresis, omnem

Ede-

E domibus frendens eijcit illa, Cru-
cem.
Ad mensam pictas statuit Veneréſq;
Iouéſque
Pro Cruce, nec totâ pars tenebroſa
domo eſt.
Ipſis iam dudum Crux templis exulat:
illam
Hæreſis æternâ iuſſit abire fugâ.
Ergóne ſic toto pietas euanuit orbe?
Sic Chriſti lateant ſymbola ſacra
necis?
At nondum hæc toto pietas euanuit or-
be;
Pulsâm etſi totam hoc Hæreſis orbe
velit.
E templis profugæ hoſpitium dedit In-
dica tellus,
E ttempla, atque hortos iuſſit adire
ſuos.
Vt iuſſa eſt, fecit, ſecum ſua ſymbola
geſtans,
Floribus in medijs preſſit & illa pe-
dem.
Hîc Chriſti ſertum, hîc clauos, notámq;
columnam,

Cer-

Certo per flores ordine diſpoſuit.
ic iam quæ renuunt homines in pecto-
re ferre.
Hæc tergo flores Arma ſacrata fe-
runt.
úmq; homines nolint (patiens ô Chri-
ſte) dolores,
Flores incipiunt velle dolere tuos.

'erùm, ſaris modò, de Flore mortuo: d viuum reuertamur ; à Cruce ad ;rucis Alumnum , Michaëlem no-rum ; cuius tu EVROPÆE, formam, redo, & Indolem propius aſpicere umdiu percupis.

INDVS.

SEptimũ agebat annum, cũ è ſacro Baptiſmatis fonte ſuſ-:eptus eſt MICHAEL per Ga-)rielem Sanchez, Societatis ESV Sacerdotem : anno vi-lelicet proximè ſeculari; vt ad 'extum decimum perueniſſe :olligatur, cũ obierit CIↃ.IↃC. IX. Facie, quod ſcribunt, erat libe-

CAP. VI. *Baptiſmus, Forma, Indoles Michaelis.*

liberali, frontéque explicat
è quà non raró diuinæ consc
lationis vis ac virtus, velut
sole radij promicabant. C
mem & affabilem se exhibu
omnibus: ita, vt nemo eum
derit, amarent vniuersi: ne
dubitarent, *Sanctum* eum vu
go dictitare: quamuis ille se ip
sum, ad B. Virginis, Patron
suæ exemplum, quæ *Ancilla* a
dire voluit, non aliter, quàn
Seruum appellitaret. Quod e
maioris facio in Puero, quan
to hæc ætas auidior proniórq
esse solet auræ, gloriolæque
maximè inter æquales, cap
tandæ.

EVROPÆVS.

I.

FOrma, bonum fallax; & vt Bio
appel

)pellat, alienum eſt: quæ niſi ſæpe lleret, & ſub auro venenum habe-t; te EVROPÆE, Indo nõſtro, quàm millimum optarem. Nunc autem, ıia & breuis eſt, & mentiri poteſt, er an albus tu ſis, Fronto an Naſo, laudius an Cæcilius, per id parum uidem laboro; dum Indolem in te nimaduertam oculis honeſtis dig-am. Reprehendere enim illum au-is Romanus Philoſophus, qui dixit.

Apud Laert. lib. 4. c. 7.

Seneca Epiſt. 66.

Gratior eſt pulchro veniens in cor-
pore Virtus:

Tullo enim honeſtamento eget: ipſa magnum ſui decus eſt, & corpus um conſecrat. *Certè Claranum no-rum capi intueri: formoſius mihi vide-ır, & tam rectus corpore, quam eſt a-imo. Poteſt ex casâ, vir magnus exire: teſt & ex deformi humiliq; corpuſcu- formoſius animus, ac magnus. Quoſ-ım itaq; videtur mihi in hoc natura les generare, vt approbet, virtutem nni loco naſci. Si poſſet per ſe nudos lere animos, feciſſet: nunc, quod am-ius eſt, facit: quoſdam enim edit, cor-pori-*

Claranus deformi corpore, animo formoſo.

poribus impeditos, sed nihilominus pe-rumpentes obstantia. Claronus mihi vi-detur in exemplar editus: vt scire pos-semus, non deformitate corporis fœdari animum, sed pulchritudine animi cor-pus ornari. Quam cõsona his Cœliu

Rhodiginus lib. 3. Lect. antiq. c. 12.

Est vbi sub Virgineâ & miti facie barbara, atrox & ferina prorsus la-teat immanitas. Sub aspernabili ve-rò, & cruentâ, minante vultu, late quandóque amabilis & exosculand clementia. Quibus verò venusta frons & ridibunda, renidénsque, æ-stuant sæpe mæroribus, ac sibi ipsi putent. Iam quosdam inuenias ita lu-gubres aspectu, & misero vultu, & fronte obductâ, instar victi Marsyæ vt Saturni mancipia planè videantur At cùm attentaris, bone DEVS, quàm sereno sunt animo, quàm facetoso, quantâ comitate risu omnia resol-uunt? Quis deformior Æsopo? eodem quis sapientior? ingeniosior?

VVLTVS sæpe fallit.

II. Scio equidem, EVROPÆE, pe-ripateticorum Principem Adolescẽ-tum ingenia ex corporis scriptura, li-neamentísq; arbitrari.

ΕΥΦΥΟΥΣ ΣΗΜΕΙΑ.

Σαὶξ ὑγροτέρα, καὶ ἁπαλωτέρα, οὐκ
ιεκτική, οὐδὲ πιμελώδης σφόδρα. Τὰ
ὲν περὶ τὰς ὠμοπλάτας, καὶ τράχη-
ον ἰσχνότερα, καὶ τὰ περὶ τὸ πρόσωπον.
αὶ σύνδετα τὰ περὶ τὰς ὠμοπλάτας,
αὶ τὰ κάτω ἀφειμένα, εὔλυτα τὰ περὶ
ὰς πλευρὰς, καὶ τὸ νῶτον ἀσαρκότερον,
ὸ σῶμα λευκέρυθρον, καὶ καθαρόν. Τὸ
ερμάτιον λεπτόν. Τριχωμάτων μὴ λίαν
κληρὸν, μηδὲ λίαν μελὰν ὄμμα χάρο-
ιν ὑγρόν.

Aristoteles ἐν τοῖς Φυσιογνωμικοῖς.

Ingenioſi ſigna.

CAro humentior, molliorque non optimæ conſtitutionis; ne-
ıe valde adipata. Quæ ſunt circa
uſculos ſcapularum, & collum
aciliora: atque ea etiam, quæ ſunt
rca faciem. Bene coniuncta, quæ
nt circa ſcapulas, & quæ deorſum
nt remiſſa: quæ circa coſtas, ſolu-
ora. Dorſum, nõ carnoſum corpus
bo rubróq; miſtum, & purũ: pellis
tenuis,

Σημεῖα Nota ſeu ſigna ingenioſorum.

tenuis,pilus nec nimium rigidus, ne valde niger. Oculus,seu aspectus χαροπὸς,& humidus: χαροποὶ oculi sun fului, cæruli,gratiosi, læti.

ΑΝΕΣΘΗΤΟΥ ΣΗΜΕΙΑ.

Signa stupidorũ apud eosdem.

Stupidi signa, eiusdẽ iudicio sun collum & crura carnosiora: cotyl rotunda; musculi scapularum sursu expassi: frons magna, circularis, ca nosa: oculus croceus, crura circa ta lum crassa, carnosa, rotunda: mandi bulæ magnæ, carnosæ; lumbi iten carnosi; crura longa, collum crassum facies carnosa, sublonga: supercili ad tempora tendentia.

Crossum vertit interpres.

III. Quæ tamen Aristotelis Phi losophia, te EVROPÆE, aliúmue n turbet, prudenter monuit peritissi mus Ethices Magister: *Ancipitem ist esse, & frequenter iniuriosam ingenio rum æstimationem. Multorum καλαὶ sunt κεφαλαὶ, ἀλλὰ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχουσι. Capita pulchella, non item cerebella* Ex actionibus quæ à voluntate homi nis & ratione procedunt, rectius au gura-

Adam Gonzen lib. 4. polit. c. 7.

ıraberis animum; piúmque illum, nocentémque dices, qui piè & in-ocenter agit, quocunque in corpo-: quanquam nescio, quî vinum plus piat ex auro, quàm plumbo: vt non deam cum Petrarcha, quomodo sa-entissimè reprehenderit Virgilium, :neca; cuius paulò ante verba tibi citaui; qui in pulchro gratiorem ırpore virtutem cecinerit, *Maio-m, Perfectiorem, Altiorem*; tum for-sse reprehensionem aliquam poëta deretur meruisse: nunc ille, spectan-ım atque æstimantium iudicia, non m ipsam designat; placeréque tibi DVS noster duplici nomine, debet; quòd formâ, vultúque decenti fue-; & quòd exterior illa venustas & atia, ab interiore nō abluserit. Quò liciorem ego illum prædico fuisse: qui dicere potuerit, cum illo Ado-cente, παῖς δὲ ἤμην εὐφυὴς, ψυχῆς ἔλαχον ἀγαθῆς. Μᾶλλον δὲ ἀγαθὸς ἦλθον εἰς Σῶμα ἀμίαντον. *Puer erā genioſus, & sortitus sum animam bo-*

Dialogo 2. de forma corporis.

Defensus aduersus se necum Maro.

Sap. 8.

nam, & cum essem magis bonus, ve
ad corpus incoin quinatum.

INDVS.

CAP. VII.

Mater, eiusque in propaganda Christiana religione industria.

GEminam habuisse Matr
fertur MICHAEL; Natu
ralem vnam, Adscititiam alte
ram. Nam Indorum Pictorur
mos familiaris est, viuente e
tiamnum vtroque parente ii
filios sibi legere quos visum
est Adolescentes. De Germa
na igitur ipsius Matre paucu
la quædam hoc narrare loco
placuit; quod Matronam
hanc istis in Insulis de re Chri
stianâ quam optimè meritam
esse Patres Societatis IESV
testentur. Cum Sacerdos qui-
dam è Societate ad Siquiren-
sem Insulam peruenisset, &

inco-

incolas ad optimos Bohola-
norum mores nullâ flectere
ratione potuisset, huius quasi
vnius industriâ fæminæ per-
fectum est propositis tum ra-
tionibus, tum exemplis, vt
barbara ea gens manus Sacer-
doti daret, & ex lapide cera
fieret. Sed & DEVS ipse pios
Matronæ conatus adiuuisse,
eósque qui vel contumacio-
res se præbuerant, vel minus
promptè sequerentur bene
suadentem puniuisse visus est.
Cuius rei exemplum hoc sit.
Inda quædam stimulis animi
occultis & arcanis ad confes-
sionem peccatorum super to-
tâ vitâ peragendam identi-
dem impelli se sensit. Adit
parentes, quorsus à DEO
ageretur, aperit. Illi in

aliud tempus consilium dif-
Dilata Confessionis Pœna, ferri volunt. Dilata Confessio
est non vindicta. Paulò post e-
nim à tanto fæmina obsessa
morbo est; vt euocatus Sacer-
dos audire eam vtpote elin-
guem iam, & mutam nequa-
quam posset. Creuit cum tē-
pore malum; nec aliud loqui
vel voluit, vel potuit vnquam
nisi hoc: *Auferte hinc feles has; quid sibi volunt, qui in inferiore huius domus, parte morantur? He-heu! me miseram quidam abripiunt Aethiopes.* Hæc ingeminando
parentibus manus obiectabat
tremens, velut auxilium po-
stulatura. Domestici, viciniáq;
omnis his verbis territi, ma-
lum nescio quod suspicari; ti-
more, pauoréque in diuersa
agi; diuinā implorare clemen-
tiam;

iam ; ægrotâ interim ab ig-
nibus se torqueri exclamante
horrendúmque vociferando
spiritum inexpiatum eliden-
te. Nec inanès fuisse eos que-
stus aut de nihilo, vanóque
somnio exitus declarauit. Cũ
enim post paulo, eius cadauer
linteo, vt mos est, inuoluere-
tur, illud atratum iam, & quasi
igne tostum apparuit: quæ res
non modò terrorem incussit
spectantibus, verum etiam a-
lijs deinde fuit exemplo, ne,
DEO vocante (etiam fæminâ
nunciâ) obsurdescerent.

EVROPÆVS.

I.

ET illam, EVROPÆE, quàm modò
significaui, causam habui, vt Ma-
tris MICHAELIS aliquam hîc men-

Fructus bene acta vita, etiam in parentes redundat.

tionem vel leuiſſimè facerem; & hæc erat: vt dicas, filios bene moratos virtute ſuâ non ſe tantum, ſed & parentes poſteritati commendare, quem illi fructum haud dubiè non poſtremum iudicant, eorum laborum, quos filiorum causâ exantlârũt. Quamuis aliæ quoque rationes ſuppeterent, cur illius meritò meminerimus: Cùm quod ipſa inter alios, teſtis fuerit non contemnenda, quæ de MICHAELIS virtutibus affirmaret: tum etiam vel hoc maximè nomine, quod fæmina virorum quaſi officio functa Chriſtianam rem promouere ac propagare inter barbaros non dubitaret. Qui Religionis in hoc ſexu feruor, clariſſimo cuique Hiſtoricorum ſemper fuit commendatiſſimus. Specimen eiuſce rei præclarum ſanè Andreas Brunerus in Theodelinda Longobardum Regina exhibet. Qui, cum ex Sigonij ſententiâ Agilulpho Regi, coronam auream, ferreo circulo firmatam, à Theodelinda impoſitam eſſe, ab eóque tem-

Studium Religionis propaganda in faminis commendatum.

Ann. Virt. & For. lib. 4. n. 9.

:mpore coronæ ferreæ nomen, & v-.
ım inter insignia Regum Italiæ in-
aluisse commemorâsset; subijcit.

II. Theodelinda thoro, Regnóq;
ignatum Agilulphum, multo etiam
ıaiori beneficio beauit: quando o-
ıni precum genere, eò tãdem mari-
um impulit, vt repudiatâ Ariana
npietate, in Catholicorum castris,
ıb melioribus signis viuere, & mori
ellet. Quod consilium & priua-
ım Agilulpho, & toti deinceps Gen-
i salutarẽ, aditum ad beatam æter-
ıitatem aperuit. Adorare interim
liuinæ mentis sapientiam libet, quæ
bundante viris sanctissimis Italiâ,
naximi, pulcherrimíque facti ducem
æminam legit, vt eâ potissimum in-
erprete, religionem sinceram &
:andidam, quâ maius dare nihil cœ-
um potest, Longobardorum Rex, &
ɔopulus addisceret; & Arium, pestem
ɔrbis Terrarum mulier triumpharet;
ligna, quæ inter Diuos Heroides in
ɔrimâ acie locata, Magistra Pietatis,
ıomine Apostolis digno consalu-

Longobardorũ Rex & regnum à fœmina Catholicis iunctum.

 tetur.

Aliquot illustriũ Herorum exempla: quæ Religionem propagarunt.

tetur. Quanquam, id iam tertium in
tra vnum sæculum DEVS exemplum
ediderat; Francis per Crotildem, Go
this per Ingundem, Langobardis pe
Theodelindam, ad meliora sacra,
superstitione vel hæresi traductis. Se
nos non vnum hoc decus Genti Boi
cę gratulamur: quando & Pannonic
suo loco, per Giselā Henrici Pij Imp
sororem, ad DEVM attractos comme
morabimus: quin & nos ipsi nostr

Recens nostri æui.

æuo supparem Theodelindæ Viragi
nem, eiusdem sanguinis, vidimus: cu
ius auspicatissimis Nuptijs, eandem
iacturam Lutherus passus est, quan
in Italia Arius fecit, vt proinde in pri
mâ parte Boicæ felicitatis censeri po
sit ex illâ Gente Principis Sponsas, i
dote regiâ, Fidem, Pietatémq;, gem
mas rarissimas, sed domi nostræ na
tos, numerare, ijsque sponsos, totásq
in quas enubunt, prouincias locuple
tare. Agilulphus inter primas reg
curas, pacis à Francis impetrand
causâ, Euinum Tridentinum Ducem
qui Theodelindæ sororem olim du
xerat

erat, in Galliam misit; Agnellum e-
isdem vrbis Episcopum comitem
ddidit ad captiuos, quos superiore
nno, ex agro Tridentino Franci ab-
uxerant, in libertatem vindicandos.
'terque voti campos rediit, Brune-
hilde Reginâ Childeberti Regis ma-
re, Episcopi studia adiuuante, cuius
pibus multi mortales redēpti sunt.
am illud Italiæ vniuersæ, immò pijs
mnibus lætum, iucundúmque acci-
it, quòd Theodelinda Religionis
ausam, pro viribus agente, respirare
DEI Ecclesia, & magnis augeri incre-
nentis cœpit, quæ piorum Regum
fflicta Tyrannide, sacris ædibus ex-
ilatis, oppressísque Antistitibus, in-
er lachrymas & suspiria miserabile
euum iam diu traxerat. Prima luctus,
qualorémque Theodelinda detersit,
naritóque auctor fuit, vt, quàm nu-
per religionem profitendam susce-
pisset, eandem ornaret, & excoleret;
quod ille vxori piè obsecutus, libera-
liter præstitit; eóque primum tempo-
re, Langobardorum manibus, quas

Per Theodelindam Ecclesia respirat.

eo vſque ipſa templa formidauerant restaurata Christiana res, meliorem formã induit. Præerat ea tempestate Eccleſiæ vniuerſæ Gregorius, quo nemo vnquam iustius Magni cognomentum accepit: is mirificè delectatus, eam Gentem, vnius fæminæ magisterio ad pietatis non modò ſenſum, ſed & cultum manſueſcere, ſui erga optimam Reginam affectus publicum extare monumentum voluit; & quos de Italicorum Patrum vita, & virtutibus libros Dialogorum forma conſcripſit, velut bonæ mentis ſpeculum, ad eandem miſit: quos quidem etiam poſteris, vel Gregorij, vel Theodelindæ nomine, vel ſuopte precio, par eſt eſſe commendatiores.

S. Gregorius Magnus Theodelindæ Dialogos dicat.

INDVS.

CAP. VIII.

DVodecim ferè annorum fuit, cùm in Seminarium Boholanum receptus eſt. Ac

prin-

rincipio quidem visus est ab
o velut carcere abhorrere,
uerili quodam fastidio, te-
eróque parentum dulcissi-
norum amore, à quibus auel-
i, & abesse puero durum vi-
lebatur. Quare primis qui-
lem diebus non semel lachry-
nari deprehensus est, & ex-
lium suum deplorare. Non
amen diu factum est, cum
puduit verecundum Adole-
scentulum eiuscemodi la-
chrymarum; quas breui ita
stitit, vt deinde nemo om-
nium in Seminario libenti-
us, lætiúsque viueret ipso
Michaële; sæpiúsque Patri
Societatis IESV, cuius pa-
trocinio Alumnis aggrega-
tus erat, gratias ageret,

Seminarium Bolanum ingreditur Michael.

Gratus Patri est, qui cum illuc premuit.

 quod

quod tam ſancto cætui fuiſ-
ſet adſcriptus Habet enim Bo-
holanum illud contuberniũ
viua omnium virtutum exem-
pla, quæ ingenuam MICHAE-
LIS indolẽ, ad æmulationem
honeſtam facile accẽdebant.
Sunt ibi Adoleſcentes, qui
oblatas honeſtiſſimarũ Nup-
tiarum conditiones magno a-
nimo reſpuunt: ſunt, qui ad
fæminas ne propius quidem
accedunt. Audierat quidam
eorum olim à S. Franciſco o-
mnia paupertatis amore in
mendicos erogata: pari ergo
feruore accenſus, veſtes ſuas,
quas tum nouas geſtabat, cum
attrito mendicabuli cũiuſdã
centone commutauit. Qui-
dam ex alumnorum famulis
audito cuiuſdam Monachi ex-
em-

Alumnorum Seminariẽ optimi mores atque inſtitutio.

Rarum miſericordiæ in Adoleſcente Exemplũ

nplo, qui abſconditum pa-
em præſidi ſuo patefeciſſet,
lijt Patrem ſeminarij ſocijs
omitantibus, eíque ad genua
roiectus ſupplicauit, vt pro
blato exiguo pomo, pedibus
liorũ ſuper ſe impoſitis cal-
aretur. E Zebuana vrbe, cor-
utus vitulus huc delatus e-
at; mandatúmque alumnis,
um eo, vti luſitarent aliquã-
ulum, cúmque vitulo animi
ratiâ quodammodo vitula-
entur; plures enim illorum,
e ſemel quidem tale animal
liunde aduectum oculis v-
ſurpârant: omnium natu mi-
imus ex alumnis puer, negle-
to eo ludicro, ſerius eſt inte-
im; ſéque ad ſanctiſſimũ Sa-
ramentum furtim aufert:
quem cùm ibi deprehendiſſet

Aliud contemptũ, & accuſationis ſui.

Aliud pietatis in puerulo.

ille, qui præerat, ad ludum ire iussit. Quid Puer? D.Hermanni aut Edmundi exemplum æmulatus, Bene, inquit Pater, mecum agitur hîc; n tibi aliud placet. VIRGINEM Deiparam Adolescentes isti impensè omnes amant, à quà cumulatè recipiunt, pro suo erga illam obsequio, quicquid illis non modò vtile, sed etiam iucundum est. Quidam Sodalis, iter ad montem quendam faciẽs incidit in fęminam, grauiter dolentem; quam statim humeris impositam suo prætermisso negotio detulit ad templum vt ibi à Confessione remedium doloris acciperet. Cantorum Magister filium iam morientem deplorare cæperat.

Feruor Alumnorum in B. Virginẽ.

Aliud insigne Misericordiæ exemplũ in Sodali

t: sed quam primum voto
nisso illum D. Iosepho Se-
inarij Patrono obtulit, sa-
um vidit: quo exemplo in-
ucta fæmina idem pro filio-
o recens nato fecit, idem ef-
ecit: adeóque consuetudo il-
l, quæ in Europa est, liberos
licui religioni aut cœnobio
fferendi; apud hos Indos est,
icandi Seminario: in quo
a instituuntur, vt non rarò
arentes ipsi, præposterâ pie-
ate, a suismet filijs Christia-
am legem doceantur.

S. Ioseph Seminarij Patronus beneficus.

EVROPÆVS.

I.

QVid tu, ADOLESCENS ingenue, de Seminarijs eiuscemodi, col-
egijs, seu, vt in Europa appellatis, onuictibus & Contubernijs sentias,
n quibus Iuuentus, ad omnē honestę
litte-

litterat æque vitæ rationem, commu
ni quadam viâ ac diſciplinâ inſtitu
tur, neſcio: eſſe non neminem intelli
go, qui in ea ſit ſententia, è re Adole
centis magis videri, ſi extra tales cœ
tus, priuatas viuendi ſtudendíque ra
tiones ſequatur. Quod iudicium, v
ſemper admiratus ſum, ita æquo ferr
animo difficulter potui: vtpote ex
pertus quondam ipſe Dilingæ Sue
uorum ingenti meo bono, quant
feliciores ſint ij, qui intra ſepta diſci
plinæ ſimul commorantur, quàn
qui foris periculoſa libertatis ſtudia
ſequuntur.

Vtiliusne ſit in ſeminariis, & Conuictibus publicis Adoleſcentem an priuatim habitare.

II. Qui contrarium ſentiunt, it
ſentiunt. *Communem illam viuen*
rationem, occaſionem eſſe diſſolutioni
dum alij aliorum exemplo in prauum
agantur. Hinc non facile petulantior
reperiri Adoleſcentes, quàm in eiuſmo
di communi vitâ, & ſi quis inſignit
diſſoluti, audacis & præfracti puer
fruſtum deſideret, hîc potiſsimum co
piam dari. Quid ais, libertatis propu
gnator? Pro te dicis? an aliorũ cauſan

Communem habitationẽ improbantium rationes.

agis

;is? Si tibi minus Ergaſtulum hoc 't tui Clientes loquuntur) profuit, accuſas, quàm vitam ferre non po- ras, caue ne præuaricator audias. *'lij, aliis obſunt.* audio; quid, autem, ij alijs ſi proſint? Vbi communis vi- , cõmunia quoque ſtudia ſunt vir- ıtum. Legiſti paulò ante ea quæ in eminario Boholano, in quo INDVS oſter, pars quondam magna fuit, ræclarè à lectiſſima pube peragan- ır: eadem de omnibus Societatis oſtræ Domicilijs non vanè tibi pol- cebere. Hîc preces quotidie proli- iores ab omnibus fiunt: Muſis impi- rè communi operâ vacatur: opti- ıorum honeſtiſſimorúmque mo- um ſumma ſemper ratio habetur: hîc d dimenſum editur, bibitur, luditur, ormitur, ſurgitur: hîc innocentiæ, nodeſtiæ, verecundiæ pietatis, hone- tatíſque ſtudia in primis florent: ni- ıil in verbis, nihil in factis liberali in- lole indignum toleratur; ſumptus ıon niſi neceſſarij, & quorum ratio ɔarentibus & Mæcenatibus dari po- teſt

Refutatur, & contraria ſententia aſſeritur.

Exempla in vtramque partem valent.

Diſciplina ſeminariorũ, & conuictũrum Societatis.

test fiunt: vestes non nisi honestæ, a[...]
que ætati, statui, virtuti conuenien[...]
tes in hæc contubernia admittuntu[...]
Vnde, ergo, inquis, illa subinde e[...]
frenis quorundam petulantia? illa i[...]
Præfectos peruicacia? illa, cum e[...]
eiusmodi septis ad libertatem rediê[...]
runt, insana quidlibet audendi lib[...]
do? Augustini celebre dictum ci[...]
cumfertur: *vt non facilè sanctiores re[...] periantur, quàm in Religiosis cætibu[...] sic non peiores existere, quàm qui ina[...] diffractis repagulis desciscant.* Idem
modo quodam suo, hîc responder[...]
tibi videor posse: sed, quid inde? an
ne ideò non optima Religiosorum
ordinum disciplina? non sanctissim[...]
cœnobitarum vita.

Responsio ad obiectionē aduersariorum. Quo Augustini celeberrimo dicto Stengelius aduersariū suū ferit. Lib. 2. de Apostat. c. 6.

III. Age verò, sodes, quando in
hanc iam disputationem ingressi su[...]
mus; quænam illa tanta à Conuicto[...]
ribus flagitia patrantur? Est, qui in[...]
tra hebdomadem semel atque iterum
serius cubitu se erexit: Est, qui a[...]
Præfecti admonitionem humanissi[...]
mam calidius responsauit: est qui in[...]
te[...]

Conuictorum naeuuli cur appareant tanti.

ſtudendum & commentandum,
a verba furtim fabulatus fuit: eſt,
mò, qui integram ſibi menſuram
ıi, qui congium, cùm duobus alijs,
eam compotationẽ coniuratis ſo-
s inſcio Regẽte, per rimam neſcio,
am, ſuo ſumptu accepit: eſt alius
calior, alius inquietior, alius con-
macior, aut inter ludendum ſolu-
or, ſunt denique & aliorum næui,
os commemorare longum foret;
mania, me hercule, ſcelera & qui-
s maiora aſſignari vix poſſint: quia
on feruntur.

IV. Iam verò, amabo te, cur non
rum quoque præclaras artes & ſtu-
a Iuuenum, pari mihi ordine &
olixitate narras, qui priuatis in-
dibus, ſoli, inter luſtra ſæpe, ne-
io quæ, inter quaſilla muliercula-
m, inter malè feriatorum hominũ
orruptiſſimos mores verſantur? Vbi
lures pugnæ rixæ? homicidia? in Cõ-
ictibus Societ. an extra? Nuper ſcri-
tũ aliunde eſt, in præcipui nominis
cademia Italiæ, duodecim Iuuenes
mu-

mutuis cædibus miſerabiliter con
diſſe. Vbi ſæpius inebriantur? liber
otiantur? inſanius bacchantur?
libidines, ludi, blaſphemia magis re
nant? *Hæc tamen de iſtis rarò audiu
tur.* Habeo gratias, bone vir: mo
opportunè. Patent arbitris Con
ctores; non perinde tui. Hinc iſtor
feſtucę immaniſſimæ trabes viden
eſſe: illorum verò trabes & trunci
licia quædam, aut feſtucæ cenſeri
lent. Verum enimuero, EVROPÆE
doleſcens, ſic ego ſtatuo tandē; q
cunque ille ſit, qui contrarius m
hâc in ſententia fuit, facilè ad par
meas tranſiturum, ſi quæ honeſti
ma, liberaliſſimáque Conuictoru
(etiam inter ludendum) ſtudia ſin
ex diſertiſſimi viri diſputatione int
lexerit, quam cum Iulio quodar
(Hæreticæ factionis talem nuncup
& facit) de feneſtrâ inſtituit, vnde
atrium S. Hieronymi proſpectan
bus, Dilingana iuuentus, de grauio
bus rebus diſſerendi occaſio fuit.

Bider-man. Agon: lib. 3. cap. 1.

V. Ita declinante in Veſperum
d

; quod & ſolis ardores deferbue-
it, & auræ lenioris exortus inuita-
t; vnà omnes conſurgimus, atque
eam quæ peramœna ſuberat, am-
lationem digreſſi cœpimus de pa-
itibus feneſtris, quid in atrio do-
is fieret, otiosè contemplari. Id ve-
quam latè tenditur, lectâ pube at-
e alijs, aliiſque ſtudijs intenta, vni-
ſum implebatur. Quippe multos
æ volantis ludicrum tenebat, quã
vel in ſublime recuſſam excipe-
it; vel datatim, vltro citróque re-
lerent; vel in orbem acti, iam pete-
nfeſti, iam exire cauti, laborarent.
os verò in peramplâ porticu, diſ-
andi ardor committebat; dum
gnis clamoribus, ſuam quiſque
ladem, & vel Ariſtotelis ſcita vel
chimedis theoremata, vel quædam
enij ſenſa, tenacius propugnarét.
nnullis per periſtylia deambula-
aut in exedrâ familiariter ſermo-
conferre: aliquibus placuit curſu
c ſpacium deerat) ſe experiri. De-
ue in magno numero, viſi ſunt alij
aliud,

Conuictorum Dilinganorum honeſtũ ludicrũ.

aliud, certè autem nemo non aliq
agere,quod corpori exercendo, à
móque (nam diem à Muſis otioſu
leges fecerant) eſſe remittendó vi
retur. Ex quà tam variâ multoru
contentione, mira quædam volup
ſpectantium oculis ſeſe ingereba
vt ea ſe capi Iulius, non obſcurè
teretur. Sed laudem in eo ſtudio
lerunt ephebi ferè; quos pleroſqu
ingenuè nobiles, ætas & ſtaturæ m
dus à maioribus ſegregârat, vt c
paribus compoſiti, ſuam ſeorſi
Spartam haberent. Horum pars v
Circo incluſi, ac velut obſeſſi, in
bem innoxiè depugnabant; pars c
cumfuſi vndique inſtabant, infe
que pilam, motu celerrimo, quib
opportunum eſſet, aut miniſtraba
aut deſtinato iactu incutiebant. C
deres Troiam inter Hectores hos,
iacéſque denuo periclitari; tam ſe
res clamoribus agebatur. In hoc ſp
ctaculum Iulius cum aliquamdiu
luti raptus inhiâſſet; obſeruaba
omnes, quamquam fari per ætate
a

qui viderentur vix poſſe, iam etiam
inè loqui, & in ipſo ludendi ardo-
Romanos ciues profiteri. Et hos
ſos, cum magnam partem loco no-
li oriundos eſſe didiciſſet, cupijt
mum omnium, qui in S. Hierony-
i Collegio tum eſſent, numerum
gnôſſe.

Frequentia, & diſciplina laudatiſſima eorundem.

VI. Ego, quod res erat, in duas
aſſes omnem aio iuuentutem eſſe,
n conditione ſolâ, ſed & loco di-
nctam. Alios, qui Religionis inſti-
ta profeſſi, è varijs Germaniæ Aſce-
ijs, huc ſtudiorum causâ venerint.
q; eos nunc quidẽ eſſe pauciores,
æ quàm decẽ ab hinc annis fuerint;
m centũ amplius, & ſexaginta cen-
entur. His ſua ſeorſim & Muſæa, &
nbulacra ſeruari: iiſq; iam veterem
nc gloriã eſſe ſcholis prope omni-
s ſic eminere; vt vel primas vbique
ant, vel de primis partibus proximi
rumq; decertẽt. Alios eſſe ferè ſeſ-
icentũ, bonæ indolis Adoleſcẽtes,
i aut patrimonij cẽſu, aut Mecœna-
opibus victitẽt: quorũ ſi natales re-
qui-

Mutua charitas, & æmulatio virtutis in multitudine.

quirantur, plurimos suis, maiorúm imaginibus haberi per omnem Ge maniam claros. Et iucundum id i primis esse, cum inter omnes, tame dispares, mutua quædam charitas, consensio teneatur: omnísq; eoru æmulatio ad ingenij, virtutísque gl riam enitatur. Captus hac spectacu illecebrâ Iulius, duarum sibi rerun dixit in mentem venire: quarum a terâ admoneretur, eius detrimen quod ætas tenera in quarundam h reseon scholis immane iam caper vbi ad omnem licentiam educti, pr ter litterulas, nihil honesti, sanctiq docerentur: alterâ, quanta Societ nostræ iniuria fieret, quam Zoiloru calumniâ traduci sæpenumerò a disset; ceu nullam aut perexiguan Reip. operam nauaret, in tradenc bonarum artium disciplinis. Neq enim in ipsa *Loiolæ* familia facilè d ctores reperiri, qui supra mediocrit tem sese attollant: Vnde consequ tur, vt neque eximij Heroes ab equ hoc Troiano existant, qui eminere

Calumnia maleuolorũ in Societatem.

d

ehinc ipsi, & magistratum curulem
erere in litteratorum Rep, merean-
ıt. Id ego, inquit, tametsi conuitium
sse prius ignorâssem; ex eo tamen,
uod pronuper, hodiéque, hoc vno
ı domicilio perspexi, facilè, vanum
sse deprehenderetur. Aut enim his
rtibus, legibúsque formari bona in-
oles, & perduci ad eruditionis gra-
um eximium debet: aut nullis certè
ijs videtur posse. Ausculto enim
udum, & ecce, in hoc ipso ludicro,
uis est puer, quem non audiam lati-
è aliquid conari? Quadrimi iam isti,
: pæne trimuli callent ea, quæ quon-
am apud capillatos doctores barba-
rum grandium prætextæ ignora-
ant. Tum verò quos alios in hac ex-
lrâ disputantes audimus, aut per
orticum hàc deambulantes vide-
us; ij dum maximè vociferantur, in
sis clamoribus, ecce quàm legum
iarum sunt retinentes? Difficillimis
e rebus non latinè solum, sed etiam
romtè, expeditéque disserunt: vt pu-
m Germaniam nostram non magis

Dilemma.

Latini sermonis vsus inter pueros cōnictores.

linguæ patriæ elegantiâ iam delect
quàm hac Romani ſermonis, qu
paſſim exaudijt, nouitate, venuſta
que ſibi ac ſuis gratulari: ſcholiſ
patrijs lætiorem faciem per nos
ductam credere; detersâ fuligine,
barbaries æui prioris Latium on
infecerat. Hæc cum Iulius, mihi i
antea cognita opportunè ſic ren
raſſet; atque id ego in his momor
ingenijs poſſe inſolens videri, neg
ſem, ſi famam etiam hanc litterari
obtrectarent, quam liuentibus ac
fuſis oculis in Societate noſtrâ co
ſpexiſſent: cæpi conuitij inanis va
tatem perfunctoriè deridere.

INDVS.

CAP. IX. *Precationis in puero cõtinuus vſus.*

HVcuſque ea ferè recenſ
mus tantummodo, q
extra MICHAELEM poſi
ſunt: Patriam Natales, Ind
lem, formam, Rudimenta
tæ Chriſtianæ in Seminar
B

ioholano præclarè exculta:
unc propius aſpiciamus, eũ-
em, EVROPÆE, virtutéſque
lius, animũ habitare ſolitas
ccuratius contemplemur. A
uo tempore Chriſtianũ egit,
uid aliud egit, quàm quod
rimum Pueri Chriſtiani offi-
ium eſſe debet, precari? cœ-
ímq; continuis quodammo-
o ſupplicijs fatigare? *Teſtis ipſe*
m, (verba Patris è Societate
ESV recito) *ſingulis diebus de-*
mo tertio aut quarto ætatis anno
more habuiſſe, ſanctiſſimam
ucharistiam inuiſere, manè ac ve-
eri; vel audito ſacro, vel decan-
to Salue Reginâ; non minore
uerentiâ, atque animi demiſ-
one, quàm perſeuerantiâ, ac ſtu-
io: reliquos in hoc Alumnos ſupe-
us, qui hoc prætermiſſo bono

Teſtem hunc, Paulum vocat recentior editio: Petrum Aunonium in M. S. fuiſſe ſuſpicor.

 do-

domum petebant lusitantes: Imn
enim verò tantæ iam ind
primâ ætatulâ pietatis fuiss
constat, vt altera eius mate
aliquoties narrare soleret;
lum, vel è ludo litterario, ve
templo redeuntẽ, quotidi
consuêsse, se domi precib
dare: quem dehinc morer
grandior factus (prius etiam
quàm Seminario nomen d
ret) semper conseruauit. In i
so autem Seminario præter
lias sibi preces familiares, n
uies quotidie precando text
B. Virgini Corollam: dum m
turior, doctiórque factus, m
te etiam sacra comment
nouit. Et quotidie quiden
eâdem, quâ Patres Societa
horâ, ipse quoque lectulun
suum deseruit: imò horan
co

Notanda studiosis cõsuetudo.

onſuetam ſæpiuſcule ante-
ertit puer: quæ tamen præ-
ruens precandi induſtria à
aioribus temperata eſt, vt
anctioribus tantum B. Virgi-
is, aliorúmque diuorum per-
igilijs, meditationis tempus
ſi liceret, non quidem præ-
ertere, ſed producere. Quod
ſum ille, & domi fecit, & fo-
s. In excurſionibus enim fre-
uens fuit Patrum Societatis
omes: in quibus cùm ſomnũ
uandóque ſuaderent pueru-
 ætas & defatigatio; ne ſta-
m fortè precãdi horam ne-
igeret, P. Petrum perſæpe
ogauit, ſibi vellicaret aurem:
uod libentius, certiúſque vt
ceret, artificio quodam mo-
itorem obſtrinxit, pollicitus
oties pro eo, vel vnum, vel

Ingenioſa Pietas.

plura Roſaria dicturum, quo
ties operâ illius , & vigilanti
expergefieret. CHRISTI Do
mini vitam, VIRGINISQV
Matris res geſtas, argument
contemplationi ſumpſit: ne
ſtetit in ſola , ac nuda tanta
rum rerum admiratione , ſe
ea, quæ anima, & cogitation
prudēter tractauit, opere de
inde , vitâque ipsâ diligente
expreſſit. Rogatus aliquand
à Patre ; quidnam interpre
candum meditaretur? reſpon
dit; *id ipſum, quod ante duos men*
ſes in Tuborenſi excurſione ſibi Do
minus conceßiſſet precanti. Itaqu
eæ erant cogitationum eiu
reliquiæ, quæ non modo *dien*
ſed etiam *menſes* feſtos illi po
ſent *agere.*

EV

EVROPÆVS.

I.

NOuies quotidie perlegere ROSARIVM B. Virginis, (vt alias
eces taceam, quas penſo huic diur-
adiecit MICHAEL) negotium A-
choretæ putabit fortaſſe nonnemo
tius quàm Adoleſcentis. Sed indu-
io, & parco temporis, deeſſe tem-
s ad bene agendum nunquã ſolet.
q; hęc iſte, inter SPINAS natus: quid
nile tu, in ROSIS educate EVRO-
Æ? vbi, DEI beneficio tot ſunt Ro-
RII texendi Artifices, quot boni
riſtiani. Certè ego, quidlibet in A-
leſcente næui ferendum potius
iſtimem, quàm precandi indili-
ntiam. Accinge te ad opus ſanctiſ-
num vtiliſſimum, antiquiſſimumq;
Corollam Virgini Matri quotidie
e vel vnicam: (quid minus poſtu-
n ab Europæo? fecit id nouies In-
s;) caue omittas diem: nullum tibi
gotiũ tam ſerium tam neceſſariũ,
n vtile occurrere poterit, quàm
ç eſt. Sunt viri doctiſſimi & à

In Spinis Rosa.

Rosariũ quotidie recitandum.

monumentis & libris per orbem te
rarum notiſſimi, qui quotidie, ſepoſ
tis lucubrationib⁹ eruditiſſimis qu
drantem ſaltem horæ Roſario rec
tando tribuunt. Quod ſi vir occup
tiſſimus poteſt, quanto magis Ad
leſcens otioſus.

II. Neſcio enim quid mali om
nari mihi videar, de illo Iuuene, q
rarò, qui oſcitanter, qui nihil prec
tur: cũ & diuinæ litteræ, ſemper pr
candum doceant; & exempla mai
rum, id ipſum fieri poſſe demonſtrē
Fuit, cum ad Abbatem Lucium rel
gioſi quidam homines inuiſerent
Ευχυται hoc eſt, Oratores dicti. Qui
Sene rogati, quod opus factitarent
reſponderunt, ex Apoſtoli imperi
ſine intermiſſione ſe precari. Quib
Lucius, non ergo inquit, manduc
tis? manducamus enimuerò aiunt
Hic iterum; & hoc dum agitis, qui
inquit, ὦ Ευχυται, vicem veſtram De
ſupplicat? Nec autem, dormitis etiā
cui, illi: etiam. Ad quos ſenex ignoſci
te Fratres; non agitis, quod agiti

Ex Lib. Doct. Pat de Orat. n. 4.

Ma

[agiſtrum audite: docebo, quâ pre-
[c]ari ſine intermiſſione poſſitis. Dum
[p]almulas necto & ſportulam fabri-
[c]o, ſupplicabundus ingemino: Miſe-
[r]ere mei DEVS, ſecundum magnam
[m]iſericordiam tuam: quid cenſetis?
[h]occine precari eſt? Quibus affirmā-
[ti]bus, toto, inquit Lucius die hoc a-
[g]ens, opus ſedecim nummorum ex-
[p]edio: ex quibus duos illi ſepono, qui
[p]artes meas, dum ego vel cibo, vel
[ſ]omno operam do, ſupplicando ex-
[p]leat; reliquis victito, atque ita Apo-
[ſ]toli verbis, ſine intermiſſione nos o-
[r]are iubentis ſatisfacio.

Artificiū ſemper precandi.

III. Quid cauſaris, Adoleſcens,
[t]e neque Ἀναχωρήτην, neque Εὐχυτὴν
[so]licitans. Non hoc ago, vt Lucius
[El]ias, ſed vt MICHAEL; non vt Senem,
[a]tque exercitatum in palæſtra virtu-
[t]is pugilem; ſed vt Adoleſcentulum,
[i]n Chriſtianâ lege Tironem. Quid?
[t]otas horas INDVS, in nectendis Dei-
[p]aræ corollis, in conſiderādis CHRI-
STI IESV rebus diuinâ virtute geſtis
quotidie inſumat; & Europæus, in

multam lucem dormiat, & dum clarum manè feneſtras intrat, ſub plumâ ſupinus aues pro ſe, & gallos gallinaceos canere DEVMQVE laudare iubeat?

Antiquitas recitandi preces ad calculos.

IV. Dixi, antiquiſſimum Roſarij recitandi vſum fuiſſe: Sunt enim, qui à S. Paulo Anachoretarum Anteſignano ſanctiſſimam hanc conſuetudinem profluxiſſe opinentur. Trecētas enim ſingulis diebus precationes dixit; eáſque ad totidem lapillos in ſinu annumerauit; quæ duo Pſalteria, ſiue ſex Roſaria efficiunt. Quem precandi modum Petrus deinde Eremita imitatus recitando Beatæ Virginis Roſario initium feciſſe creditur. Cùm enim anno ſalutis CIↃ. LXXXX III. de Bello ſacro indicendo cum Vrbano II. ageret; nec tum inuenta eſſet ars Typographica, libríq; precatorij manu ſcripti haberi ſufficientes non poſſent; excogitauit, ille modum DEVM, Deiparámque per lapillos & globulos precandi. Alij tamen S. Dominicum Ord. Prædicatorum Patriarcham

Palladius in Lauſiaca & Caßiodorus lib. 8. Hiſt. Trip. c. 1.

Ioan. de Pineda lib. 20. Mon. Eccleſ. c. 2. & Arnold. VVion lib. 5. Lig. Vit. c. 104.

rcham, huius rei ita faciunt auctorē; t illum primū fuisse dicant, qui peuliarem hanc supplicandi Formulā luenerit; quā Oratio Dominica quinecies, & salutatio Angelica instar Dauidici Psalterij centies, & quinuagies repeteretur. Vt vt sit, res à aruis initijs progressa ingentem habuit ab eo tempore in Ecclesia frutum: quemadmodum videre potes pud Cęsarium, Cantopratanum, Ionnem Bonifaciū, alios. Magis tamē, EVROPÆE mi, hoc ages, vnde vnde es optima principium duxerit, vt INDVM nostrum æmulatus familiarem Rosarij dicendi vsum, in omnem vitam facias.

Ferd. Castiglia in 1. part. Chro. S. Dom.

Tres legendi Rosarij modos optimos habet præ cæteris. Franc. de La Croix in Hortulo Mariano Areol. 4. cap. 2. 3. & 4.

V. Reperies apud Ioannem Landspergium, & Ludouicum Blosium religiosissimos viros duplex, eum in finem Rosarium, alterum Christi IESV, B. Virginis alterum, quæ vno quondam Libello complexus, Augustæ Vindelicorū impressa, Sodalibus B. Virginis strenam dedi: inter quos Augustissimæ Patronæ clientes cum te

Rosariū Christi, & B. Virginis quotidie recitandū.

An. CIↃ. IↃC. XXIV.

te quoq; esse, & recenseri velle, haud ambigam; idem vtilissimum opusculum, hoc tibi, omnibúsque Matris sanctissimæ cultoribus eximijs Anacreontico millies, & sæpius commendo.

LIBELLE *mi* LIBELLE,
Te quid velim fideli
Et ore, & aure conde:
Quo mißitere disce.
Noui bifrons Calendas
Ianus reduxit anni,
Quibus volant, amicæ
Vltro, citróq; strenæ:
Tu qualis eruditas
Modò mitteris per aures.
Pusillus es, pusillo
Contractus vmbilico,
Statura cuius imum
Bene vix inumbret vnguem;
Vix impleat relictum
Cassa nucis putamen
Nec pumicem, nec vllam
Præfers in ore gemmam,
Cuius placere formâ
Deformis ipse poßis:

Qui

Qui si superbus vltro
Donarier recuses
LIBELLE *mi; vel vno*
Paraberis triente.
[...]are loquaculorum
Fuge pergulas Sophorum;
Fuge garrulum togatæ
Capitolium Mineruæ,
Fuge quicquid immodestæ
Colunt vbique Musæ
Ni mox per arcuatas
Exire vis fenestras;
Aut non capax ineptæ
Fieri domus rubricæ.
[...]t cœtus, vniuersum
Notißimus per orbem,
Cui Virgo se Patronam,
Matrémq; non negabit:
Hos hos adi iubemus,
Gratum LIBELLE, *si vis*
Anni venire primis
Munusculum Calendis.
Hos allocutione &
Dignaberis modestâ,
Et vnde missus, & cur
Orator explicabis.

Sed illud, illud inquam
Sanctißimè cauebis
Ne quemlibet capessas,
Et in his LIBELLE *belle*
Locumúe pulpitumúe:
Legatus es MARIÆ,
Et Virginis MARIÆ.
Vt ergo dignitatem,
Non quam tibi mereris
(De plebe nam fatemur
Nanóque te minorem)
Magnæ sed vt Patronæ,
Tueare dignitatem:
Te nolo vernularum,
In angulum retrudi,
Nolo latere clausâ
Plicatilem sub arcâ:
Te nolo sub scamillo
Cum Tullijs latere:
Nolo aßidere vanis
Ignobilem Poëtis.
Te nolo post tabellas
Numarias recondi:
Aut inter improbatas
Larium putrere testas.
Quòd si quis, ô LIBELLE,

Te duriusculorum
In hac releget antra:
Dic te timere rimas,
Scrobésque, tegulásque,
Vmbrásque, puluerésque,
Tineásque, cimicésque,
Blattásque: muriúmque
Nec posse ferre barbas.
Nec cum tenebrione,
Tibi conuenire glire:
Catósque cum catellis
Vatinios videri:
odisse pestilentem
Vtrisq; plus Arachnen.
rgo tibi, SODALES
dulgeant, vel ipsum
Tisi PECTVS *hospitanti;*
dulgeant, vel ipsas
Tisi pectoris MEDVLLAS
eserent, & in medullis
Tisi intimum SACELLVM:
andant, & in sacello
Tisi vltimnm RECESSVM
omum redi LIBELLE,
IBELLE, *mi* LIBELLE.

IN-

INDVS.

Cap. X.

Diuos Tutelares singulari cultu prosequitur.

PAtronorum cæleſtium pręcipuè B. Virginis, SS. Ioſephi, & Michaelis Archangeli feſtas luces, pluribus iiſque feruentibus pietatis officijs anteuertere ſtuduit. Eum in finem ſupplicationes, vigilias, ieiunia caſtigationes corporis creberrimè vſurpauit: atque vt nihil eo in genere omitteret, aliorum quoque auxiliares preces ad id emendicauit: viciſſim pollicitus operam, cùm ipſi Patronorum ſuorum anniuerſarios dies religioſe eſſent acturi. Et profuiſſe videtur hæc mutua Pietas Michaëli; vt ſine viatico ſalutis hac ex vitâ non diſcederet. Tametſi enim repētina, mors vſum

Mutuæ preces, pretium ferunt.

ſum linguæ illi ipſámq; adeò
itam, vt infra videbitur, eri-
uerit; pridie tamen ſacro
CHRISTI corpore præmuni-
us erat, quòd ex Alumnis a-
nicum haberet, cui Martino
omen: & tum ipſa D. Marti-
i dies octaua celebraretur:
uâ occaſione vſus Michaël
æleſti ſe ferculo refecit.

EVROPÆVS.

I.

SI rogas, EVROPÆE, quo ordine, quémque Diuorum colas; quem ibi præcipuè Patronum legas ex tan-o numero Beatorum; reſpondeo er-are te non poſſe in delectu, cùm ne-no in cœlo paruus, nemo ſit parcus, ut immiſericors: tuum affectum ex-mina, & bene decrêſti: neque enim ic dignitates ſanctorum diſtingue-e, ſed obſequium noſtrum illis pro-bare

Qui Diuorum in Tutelares legendi.

bare animus eſt. Quod ſi INDVM no- ſtrum imitari placet (hoc enim fer agimus) iterum reſponſum habes.

II. Si aliorum denique conſilium in re minimè dubiâ ſequi deſideras Triſmegiſtum Chriſtianum audi: *nec malè hîc, credam,* inquit, *me omnium voce loqui, ſi dicam ſecundum* CHRISTVM IESVM, *qui orbẽ reſtaurauit ſuo ſanguine, matrem Chriſti & beatiſſimas illas mentes Angelos, præcipuo cultu eſſe venerandos. Hoc ratio, hoc auctoritas ſacræ paginæ, hoc priſcorum Patrum volumina, hoc omnis antiquitatis conſenſus docet. Sit, qui neminem Diuorum nôrit, Matrem Dei Deóque proximum famulatum Angelos ignorare non poteſt. Non neſcio Chryſoſtomum in B. Pauli tutelam mirifico affectu tranſiiſſe, cuius & Iconem in ſuo Muſæo aſſiduè oculis voluit obuerſari. Scio ſanctos Philippum, & Ioannem Baptiſtam, à Theodoſio Imp. præcipuâ veneratione cultos. Noui Paulum Elcanum S. Nicolao, & S. Catharinæ deuinctiorem, quàm Diuis aliis. Non*

1. *B. Virgo.*

me

e latet, à Beata Elisabetha, Haßiæ andgrauiâ Ioannem Euangelistam D. Tutelarem adscitum; & Regem Anglorum Eduardum, nulli huius Apostoli nomine petenti, quidquam negare solitum. Non ignoro Hungum egem Pictorum, D. Andreæ, Carolum icilia regem D. Magdalenæ, Conantiam Constantini Imp. filiam D. Agneti Virgini, Zimiscam Imperatorem diuis Georgio & Theodoro martyibus, Vrbanum II. Pont. D. Benedicto singulariter deuotum extitisse. Pai ratione, alij alios sibi Patronos deegerunt: omnes benè & piè. Sed neque noster, puto, errabit amor, si præ Diuis liis omnibus, ad Beatißimæ Virginis, Dei Matris, sanctorúmque Angelorum atrocinium confugiamus.

III. EVROPÆ, si piè viuere, & anctè mori in animo nobis est, à Mare Dei, & ab Angelis (Indi tamen exemplo suo procedūt) deprecatiōnē efflagitemus: perire nō potest, qui tales sibi conciliauerit Patronos. Atq; inter

2. SS. Angeli.

inter hos ipſos princeps tibi Tutelari Genius fuerit. Vt quid enim gratis ingrato tibi ſeruiat ? tum illius quoqu venerationem Diui cordi habebis cuius tibi nomen in baptiſmate ob uenit: fortè non ſine cauſa. Ita de S Nicolao Tolentinate legimus; quem cùm parentes à Diuo cognomine precibus impetraſſênt, eúmque Nicolaum, à Nicolao denominaſſent is poſtea, annos vix ſeptem natu Magni illius Nicolai abſtinentiam imitatus, complures hebdomadæ dies ieiunus, ſolo pane & aquâ contentus tranſegit.

Cuſtos præcipuè.

3. Cognominis tibi.

IV. Laudem & illa pietas meretur: ſi pueri puerum aliquem, eximia ſanctitate celebrem deuenerentur (V. G. S. Edmundum) ſi Iuuenes, Iuuenem (B. Aloyſium) ſi viri virum (S. Ioſephum) ſi Senes Senem (S. Petrū Apoſtolum)

4. Aetati conuenient-

V. Nec illi malè faciūt, qui ſtatim conditioni aut officio ſuo Patronum è cœlo conuenientē petunt: Epiſcopi, aliquem Auguſtinum aut Ambroſium

ſium:Religioſi Benedictum,autBern-hardum: Theologi Thomam Aqui-natem:Philoſophi S. Catharinam,aut Xauerium:Iuriſperiti Iuonem,Medi-ci SS. Coſmum & Damianum. Ha-bent Reges quoque, & Principes in-gentem copiam,ſi velint: Henricos, Stephanos,Carolos, Ludouicos,Ca-ſimiros. Milites ſub Patrocinio S. Mercurij,Martini aut Ignatij tutiores ſe meritò arbitrantur: Pictores D.Lu-cam rectè ſibi deuinciunt: opifices a-lij, alios ſibi Diuorum varijs pietatis officijs obnoxios faciunt: laudabili omnes,& à maioribus accepto more.

5. Pro conditione aut officio.

VI. Quid, quod ſunt, quos ipſa quoque neceſſitas, & humanæ vitæ ærumnæ, non inutiliter ad certos Di-uos auxilij petendi causâ, cogunt di-uertere? Qui peſtem timent, S.Seba-ſtiano ſupplicant: qui ex dentibus la-borant,D. Apolloniam placāt: quos oculi deficiunt, ad Othiliam confu-giunt: quibus naufragium timetur, S. Nicolaus inuocatur: flammarum pe-ricula S. Agathæ imploratione ſopi-

Pro neceßitate, aut morbo auertendo.

untur:

untur; puerperis à D. Ignatio occu
ritur: à morbo quocunq; alio obſe
ſos D. Rochus, aut quicunque ritè i
tutelam adoptatus cæleſtium proc
rum auxiliator, curat. De omnibus
nim, ac ſingulis Eccleſia verè canit.

Ad ſacrum, cuius, tumulum fr
quenter.
Membra languentũ, modò, ſanitat
Quolibet morbo, fuerint grauata,
Reſtituuntur.

VII. Hæc verò, à Diuis benef
cia vt impetremus, non tam verb
opus eſſe nôris, EVROPÆE, quam fa
ctis. Quod hinc diſces. Sanctus qui
dam Cœnobij Antiſtes, & omni vi
tutum cultu exornatus, præſertim i
ſui contemptu ſublimis, & miſerico
dia in miſeros ſingulari: charitate ve
rò, quà alios complectebatur, facil
ſuperabat omnes. Hic aſſiduè DEV
votis in hunc modum ſollicitabat.
Domine, ego non ignoro, me culp
non vacare; ſummâ tamen tuâ cle
mentiâ fretus, ſpero me ex miſericor
dia tua, in Album Beatorum admiſ
ſum

In patrico ex c. de precibus alienis apud Raderum parte 3.

ūm iri. Precor ergo tuam pietatem,
Domine, ne patiare vnquam meum
cœtum à me ſeparari, nec in præſens,
nec in vllam temporum futurorum
æternitatem, ſed illos iuxta mecum
cæleſti regno dignare, propter boni-
tatem tuam, Domine. His precibus
aſſiduè fatigat DEVM, qui illum, vti in
genus humanum pronus, & clemens
eſt DEVS, de ſua petitione hac ratio-
ne erudiuit. Appetebat in remoto
quodam, ab huius æde ſacra aſce-
terio, dies Sanctorum feſtus: ad quem
inuitatus per quietem allapſam acce-
pit vocem iubentis: Ito, ſed præ-
mittito, tuos fratres: tu poſtremus il-
los ſequitor. CHRISTVS itaque noſtrâ
cauſâ pauper, & omnibus omnia fa-
ctus, vt omnes ſaluos faceret, verſus
ægri mendicantis faciem, me-
diâ ſe viâ ritu miſeri abiecit. Diſci-
puli Cœnobiarchæ repertum, & la-
mentantem, rogant cauſam, tam
miſeræ eiulationis: quibus CHRI-
STVS, æger, inquit, inſidebam iu-
men-

Christus mendici & ægri habitum aſſumit.

mento,quod excusso me fugit,& ia
desertus non habeo, qui me, ad vrl
deportet. Cui Monachi, quid te faci
mus?aut quid tibi prꝑstare possumu
nos ipsi pedibus iter facimus, illóqu
neglecto abierũt. Nec ita multo pol
venit ipse Præses Monasterij,& offe
dit eum, abiectum & gementem, co
nitóque illius statu, quæsiuit : nónn
paulò ante transiere quidam Mon
chi, & te hîc etiam relictum inueni
re? Sanè, inquit æger, sed auditâ cor
ditione meâ abiêre; quod dicerent,
pedibus incedere, nec posse open
ferre. Et Abbas: potésne paullum ir
gredi, vt simul sensim progrediamu
Non possum inquit. Ergo ades, ir
quit, Pater, subi tergum meum; ego
feram. Deus subleuauit nos, abe
mus. Et, æger: quomodo me per tar
tum spatium itineris feres? abi mod
& PRECARE pro me. Et Pater, nc
dimittam: en, hîc saxum, cui te impc
situm subibo, & gestabo. Passus e
ergo id fieri miser; & primum qu
dem sensit onus ad hominis modu
gra

aue: mox leuius, iterúmque facili-
: tandem cùm vix sentiret amplius
rcinam, cœpit mirari, quid id rei es-
: cum è vestigio, qui ferebatur nul-
s fuit, & nusquam paruit: sed vo-
m audijt ita se compellantem:
uando aßiduè preces sternis pro tuis
scipulis, vt viui mortui vnà sitis, &
honore cœli, ac beatitate iuxta tecū
rfruantur; viden' vt longè diuersa il-
um & tua sint studia virtutum? Co-
re ergo illos ad tui imitationem inci-
re, vti se tecum exerceant; quò pos-
tuæ petitioni satisfacere. Nam ego
lus sum omnium arbiter & iudex:
æqui Iudicis partes sunt, reddere sin-
lis pro cuiúsque promeritis, & factis.
ienæ PRECES, (nota Adolescens,
isquis beneficium aliquod à Deo,
r Diuorum patrocinia postulas)
n pondus habent, cùm tutè tibi
non obes; sed OPERE ad iuuas
PRECANTEM.

Preces alienæ proprijs factis iuuandæ, vt prosint.

INDVS.

CAP. XI.

In sacras Imagines, summa Michaelis reuerentia.

IMAGINES Diuorum in pr[illegible] mis honoribus habuit. Insi[illegible] nia CHRISTI passi, pueri I[illegible] SV, Matrísque illius effigiem D. Luca expressam, in testud[illegible] nata capsulâ à se ipso confec[illegible] secum semper gestabat: ne v[illegible] delicet oculi priuarentur[illegible] quo animus pasceretur; au[illegible] locus esset in quo delicias s[illegible] as non videret. Adeò enim iu[illegible] cunda illi, adeò IESV & MA[illegible] RIÆ dulcis fuit memoria, v[illegible] ab eorum se laudibus, ne in[illegible] turba quidem, & ludo absti[illegible] neret: illa verba identidem v[illegible] surpans: *Laudetur vbique* IESV[illegible] *Christus, eiusque Mater sanctissim[illegible]* MARIA. Quin, & suâ sibi ma[illegible] nu CHRISTI Domini è Cru[illegible]

ce pendentis effigiauit ſignũ, cuius intuitu, conſideratio-néque, ad ſimilia quædam pro Seruatore ſuo perferenda ac-cenderetur. Et ſanè *mortifica-tionem* IESV *Chriſti, ſuo in corpo-re aßiduè circumferre ſtuduit*: Sæ-pe ſciſcitatus à Patre; *quanã ſibi ratione poſſet*, DEI *præſentis ima-ginem animo velut inſculptam re-præſentare*? Quo eum deſiderio fruſtratum minimè fuiſſe, in-de deprehenſum eſt, quod a-pud omnes, ea fuerit ſemper illius hilaritas ac modeſtia, vt aut cum optimo aliquo ami-co ſuo, aut cum grauiſſimo morum Magiſtro ver-ſari videre-tur.

Crucifixi Imaginẽ ſibimet facit Michael.

DEVM *ſibi præ-ſentem habere ſtudet.*

EVROPÆVS.

I.

ET fabricare, & venerari, CHRISTI, eiúſque Matris, Diuorúmq; ſacras imagines, laudabile, Deóque gratiſſimum negotium eſſe, apud Catholicum probatione nō eget. Iconoclaſtarum, & Iſauricorum dudum explofus, damnatúſque ab Eccleſia infamis furor eſt. Admonitus tamen Ayatumi induſtriâ, quâ ſacram ipſe ſibi effigiem efformauit, non poſſum hîc non facere, quin tibi, EVROPÆE, ſimilem conatum trium Iuuenum Gallorum in effigiandâ Beatiſſimæ Virginis ſtatuâ commemorem: quæ Imago ad Picardos translata, MARIÆ EXHILARATRICIS nomen eodem detulit, hac ratione, & viâ.

Ex Annalibus S. Ioannis Hierosolymitani.

II. Vrbs Aſcalon Ægypti, anno partæ ſalutis CIↃ. CXXXII. Sultanum Turcium habebat Gubernatorem: quæ, quia viginti tantum milliaribus abeſt Hieroſolymâ, opportuna eſt, tam hinc in Ægyptū, quam Ægypto illuc

lluc commeantibus: quæ cauſa fuit,
ti Califus, Ægypti dynaſta hanc vr-
bem & commeatu, & præſidio, dili-
gentiſſimè muniret, locáque Chri-
ſtíanorum finitima continuis hoſtiũ
excurſionibus infeſtarentur. Quibus
malorum ærumnis Folquetius Rex
(cuius illa Chriſtianorum Ægypto
adiacens regio erat) occurrere para-
tus, prouinciam illam, prius totam,
perluſtrauit; ibidémque Vrbem Ber-
ſabeam nomine, quatuor non ampli-
us milliaribus Aſcalone diſtantem à
fundamentis eduxit. Locum hunc,
vtpote munitiſſimum Chriſtianorum
propugnaculum commiſit Equitibus
Ordinis S. Ioannis. Tenuerunt forti-
ter Berſabeam Ioannitæ, multíſque
Turcas, & maximè finitimos Aſcalo-
nenſes Saracenos incōmodis excur-
rendo affecerunt. Sed quia belli e-
uentus anceps; Saraceni cum pecore
Chriſtianis abacto fugam Aſcalonē
verſus ſimulantes, eo vſque Berſabe-
nſes prolectârunt, donec in ingen-
tem Saracenorum turbam ex inſidijs

improuiſo irrumpentium, inciderint
Hîc ergo multi Chriſtianorum cæſi
multi vulnerati; multi capti. Inter a-
lios, tres erant Equeſtris dignitati
Fratres Germani, ijdémque Galli, pe-
nes quos ſumma tum rei fuerat: qu
Aſcalonem primò ad Sultanum; in-
de, recuperatâ iam ſanitate Carium
deducuntur: quos quidem ferocite
admodum Sultanus loci accepit; ni-
hil aliud dictitans, quàm eos breu
commeritas Califo Imperatori ſu
pœnas ob illata incomoda daturos.

III. Paucis interiectis diebus Iuue-
nes Heroes ex carcere rurſus, ad ſe
adduci iubet: multóq; ingenio blan-
dimẽta nunc oggerit: honores & di-
uitias pollicetur, ſi abiuratâ Chriſt
lege, Mahumetanam amplecterẽtur
Sed vnanimi voce omnes reſpondẽt
ideò ſe in Syriam veniſſe, vt ſacrũ D
Ioannis habitum & ordinem ſuſcipe-
rent, Chriſtianámq; religionem pr
ſuo voto & ſacramẽto augerent, am-
plificaréntque: proin paratos ſe fore
millies occũbere potius, quàm Chri-
ſtum

Trium Iuuenum memorabilis in fide conſtantia.

tum prodere. Quo audito, Sultanus
râ excandeſcens Iuuenes fortiſſimos
teterrimo mācipatos carceri Sarace-
no comittit Chriſtianis infenſiſſimo;
mandátq; ne quid eis præter panē &
quā obſonij concederetur. Ita ſpre-
tis Sultani promiſſis & minis, aliquâto
poſt tempore aduerſus aliū arietem
non minus fortes ſe præbuerunt. Cō-
uocati ex Ægypto viri doctiſſimi ma-
gicíſq; artibus clariſſimi: Marabucios
nominant. His negotiū datum à Sul-
tano; omnes vires exererent, & quà
diſputationibus, quà præſtigijs, quà
promiſſis captiuorum animos quaſ-
ſarent Victoria in procliui videbatur
futura, quod aduerſus milites, hoc eſt
rudes & illiteratos prodirent. Sed tē-
tatis omnib⁹ ad Dominū ſuum redire
coorti ſunt nihil eſſe teſtati quod hos
homines Mahumeto conciliaret; nec
ipſam quidē mortem. Accendit nun-
cius hic furorē Sultano, increpitāti ſu-
os tanquā ignauos, & inertes. Cui hoc
deniq; Cacodæmon cōſiliū ſuggeſſit.

Opponū-tur ibis Magi & Chaldæi

IV. Habebat filiam & formâ,

& Mahumetanâ perfidiâ insignem cui in mandatis dat Equites Christianos quà arte, quà blanditijs, quà inhonestis obsequijs ad Mahumetem pelliceret. Ismeria igitur (hoc enim puella nomen) freta & pulchritudine & eloquentiâ suâ ad carcerem accedit: salutat captiuos: se filiam Sultani ait; exque commiserationis affectu comotam ad eos ventitâsse, quòd sciret grauissima illis supplicia à Patre suo parata, nisi in Mahumetæ sacra iurarent: rogare proinde, sui, ipsorum misererentur, sententiámque obstinatæ mentis mutarent. Quod si facerent, se apud Patrem illis & gratiam summam, & honores, diuitiásq; maximas impetraturam. Equites mirati, liberalem Virginis facundámque humanitatem, in primis ipsi egerunt gratias; tum deinde, Sultanum frustrà esse, cum suis pollicitationibus dixêre: se enim mortem potius oppetituros, quàm à Christo discessuros: atq; ideò se illi Ordini nomen dedisse, vti grati forent suo Seruatori IESV Christo,

Filia Sultani ad labefactandos illos mittitur.

Oratio Iuuenū.

o, tot ab ipſo acceptis beneficijs: qui
os non tantum creâſſet, ſed etiam
ſſumpta carne, ex Virgine MARIA,
atus eſſet; triginta tribus annis ſum-
nas miſerias, ac ipſam tandem acer-
iſſimam mortem ſuſtinuiſſet. Huic
e & debere vitã & reddituros. Cùm
æc verba Iſmeriam in diſputatio-
em pertraherent, tam ſolidis argu-
nentis Mahumetanorum ſecta con-
ulſa, Chriſtianorum Religio ſtabili-
a eſt, vt illa tandem victa, & bonis
ogitationibus plena, ad parentem
edierit, inuictæ Iuuenum conſtan-
iæ triſtis nuncia.

V. Exinde à Sultano mandata
lantur longè crudeliora. Compin-
guntur in Carcerem horridiorem:
anis dimidia portio aſſignatur: cla-
es, exauctorato Ergaſtulario, cui
iffidebat, filiæ ſoli traduntur; cum
mperio, quâ poſſet ratione contu-
naces emolliret, & ſuam ad ſectam
erduceret. Sub auroram redit ad
arcerem Iſmeria: vrbanè in primis
eſe purgans, quod tam parum panis

Iſmeria fruſtra eſt.

acciperent: hanc pertinaciæ illos da
re pœnam : proinde iterum ſe rogat
enixiſſimè, viderent, quid facerent.
Hac Iuuenes occaſione diſſertare ite
rum de rebus diuinis : de Incarnatio
ne, Natiuitate, Morte Chriſti; de Re
ſurrectione deniq;, & Excellentia be
atiſſimæ Virginis tam doctè, & appo
ſitè, vt Iſmeria magis iam quàm ante
vulnerata, in cubiculum ſuum, redu
ſe abderet; exputarétq;, quæ & quan
ta Chriſtiani milites fuiſſent philoſo
phati: ac maximè, quæ dicta de Matr
Domini, animo illius ita inhæſerant
vti vix expectare poſſet diem ſequen
tem, quo adeundi captiuos poteſta
rurſus foret. Ergo manè, inter ſermo
nes, qui præcipuè de Deiparâ fieban
ſic accenſa Iſmeria eſt, dulcedinéqu
cæleſti permulſa, vix vt aliud cogita
re poſſet. Quærit, num penes ſe eiuſ
dem Virginis ſimulacrum haberent
ſe eius videndi oppidò quam teneri
Cùm negarent, rogat; vnum ſibi fa
bricarentur; ſe illis & annonam ſuf
ficientem præbituram, & quà viâ li
berta

En? Sacra colloquia quid poſſint.

iertati restituerentur, quæsituram Maiore natu stipulante, instrumenta cum lignis necessaria clam parente suppeditatura digreditur Ismeria.

Fabricā re B. Virginis statuā promittit natu maior.

VI. Hîc videres, minores fratrū, in maiorem insurgere, temerariæ promissionis acriter incusare: qui ausus polliceri, quod nemo illorum præstare posset; quæ res maiorem ipsis inuidiam apud Sultani filiam esset conflatura. Bono animo, & in Deum spe esse iussis à Maiore, reuenit Ismeria; traditísque ad fabricandam statuam necessarijs rebus flagitat: vt postero mox die absolutam videret. Tum enim verò Minores Maiori iterum molesti esse, promissa puellæ facta, vires & facultatem omnium superare. Maior supplicare Deo, Deiparæque iubet, hos dare plus posse, quàm vel ipsi, vel Ismeria speraret. Inter preces sopitis, iam noctis vmbilicus erat; cùm ecce tibi carcer vndique illustrari; Angelorum symphonia audiri, ita vt Equites expergefacti Imaginem affabrefactam Vir-

Imago B. Virginis diuinitus allata.

ginis Matris, ad pedes Maioris nuti iacentem conſpicerent. Prouoluti er go, in genua Chriſto Deo, Matríque eius ſanctiſſimæ gratias pro tanto miraculo, & beneficio debitas perſol uunt, donec manè reuerſa Iſmeria cum multo ciborum apparatu Imaginem ablatum adeſſet. Aperto autem carcere, cum & ſplendorem, & odorem inſolitum præciperet; quærit mox quid hoc rei eſſet: cui cum nemo reſponderet, ebrijs, eâ ſuauitate Iuuenibus, propius accedit: & agnitæ demum Maior, ô Domina, inquit, en, quam tibi promiſimus Imaginem diuinitus nobis è cœlo, à Virgine ipſa delatam; rem ita ſe habere, ligna teſtes vides, quæ attuliſti, integra adhuc atque illęſa. Iſmeria portento extra ſe quaſi rapta, humi coram Imagine ſic precatur: O pulcherrima Imago! licet nihil vnquam viderim pulchrius; credo tamen VIRGINEM illam, per te repræſentatam longè eſſe pulchriorē. Dictis, in hanc rem pluribus, additíſque precibus poſtulat ab Equitibus

ſig-

gnum Virgineum eâ conditione, vt
ecrato Mahumete Chriſtiana fie-
t, & intra paucos dies illos in liber-
tem vindicaret. Exhilarati his re-
im euentibus, imagini prodigioſæ,
inc nomen impoſuêre, Mariæ Ex-
ilaratricis. Quam Iſmeria do-
um ablatam, tapetíque impoſitam
exis genibus deuenerata à Beata Vir-
ne opem efflagitat, quâ inſcio Patre
ępta proſequi, & promiſſa Equiti-
us præſtare poſſit.

Icon Mariæ Exhilaratricis.

VII. Poſt longam igitur contem-
lationem ſerico inuolucro tectam
naginem arcæ includit; indéque ad
atrem reuiſens, paucorum dierum
ıteruallo milites ſuâ ex ſentẽtia im-
erata facturos affirmat. Admodum
xhilarato hac denunciatione Sulta-
o Iſmeria, quod amor diu abeſſe nõ
ermitteret, ad ſtatuam reuertitur, in
as preces prouoluta: *O Domina* Ma-
ıa, *meritò te tui Equites* Exhila-
atricem *dixêre; quandoquidem ita
ıe exhilaras, vt par gaudium experta
unquam fuerim: & quando in terris*

Preces Iſmeriæ.

tam lætos facis, quid in cœlo poteris
Rogo te, ora pro me filium, vt Christia
nam faciat, in cœlo iuxta tecum oli
lætaturam. Cui ſecundum quietem e
nocte B. Virgo ſpectabilis, exaudit
ſunt, inquit preces tuæ Iſmeria Chri
ſtiana, ſacro fonte tingêris; meo no
mine appellata: Galliámq; theſaur
meæ Iconis locupletabis; & tander
mecũ meóq; cum filio cæleſti glori
beabere. Quib9 recreata verbis Iſme
ria, odoribus cõſolationibúſq; reple
ta eo ſtatim die conuaſat monilia in
gentémq; pecuniæ ſum̃am, & quic
quid denique pretioſi ferre potera
ſecum aſſumit; carcerem vltro iar
patulum ingreditur. Excitat dormi
entes & ob repentinum aduentum
attonitos; docet; adeſſe ſe fugæ ſoci
am, comitem, & ducem.

Iſmeria fugit cũ Equiti-bus.

VIII. Itaque prælata manibus ſa
cra Imagine Cairum, vaſtiſſimam vr
bem tranſeunt ſecuri; donec ad Nil
æſtuarium delati, hærent, quî traijciã
ignari. Sic ad ripam conſiſtentibus, &
ne ab inſequẽte Sultano interciperẽ
tur

ır, ſollicitis Nauiculator Adoleſcēs
Angelum fuiſſe ſatis conſtat)præſto
t, nauímq; conſcendere iubet; non
gnarũ ſe dictitans, quorſus iter inten-
erēt. Tranſportati, nuſquã iam, neq;
Jautâ. neq; Nauigio comparēte, iter
ıum tantiſper proſequuntur, dum
eſſa Iſmeria rogat, quietis interuallũ.
ecedunt ergo ex via ad rubum, ad
uem accliues in ſomnum prolabũ-
ur: in quo (mira res!) vno quaſi mo-
nentó omnes ex Ægypto in Galliam
leportati diuinitus, in loco Como-
olis dicto collocantur. Ad ſe vbi re-
lierunt, admirabundi, locorúmq; ig-
ıari, procul opilionem vtricularium
exaudiunt, fiſtulâ clarè inſonantem
quem cantorem ſecuti, vbinam ter-
arũ eſſent inquirunt. Iſmeria, ne per-
leret comites inſequitur poſt paulo,
maginis iuxta fontem relictæ oblita.
Colloquuntur opilionē Arabicè: ille,
nil intelligere: ſed reſpõdere Gallicè.
Tũ Equites Gallo quoq; idiomate in-
terrogare, quid locorũ id eſſet? cog-
noſcunt, in ipsâ ſe Gallia verſari, ſuo
imò territorio. Supplices ergo iterũ in

Ab Angelo per Nilum transportantur.

in Gallia ſiſtuntur.

genua ſe demittunt, Deo Virginíqu
Matri grates memorant; quod vni
ferè noctis ſpatio ex Ægypto in Gal
lias vſque fuiſſent profecti.

XI. Inde mox in Marchiam, ſe
Prouinciam ſuam properantibus, Iſ
meria ſtatuæ, ad fontem relictæ me
minit, rogátque ſecum ad eam tol
lendam reuertantur. Obſecuti repe
riunt Imaginem aquis vndique ſuper
fuſam; cuius ea deinde vis ac virtu
comperta eſt, vt illius attactu varia
morborum genera abluerentur. De
cernunt igitur eodem loco, Tem
plum B. MARIÆ EXHILARATRICI
extruere: ſed monſtrato ab opilion
commodiore loco, ad Noſocomium
quoddam ædificare conſtituunt. At
que hinc in Marchiam ſuam progreſ
ſis, in horto, quem forte tranſibant
tanti Imago ponderis eſſe cœpit vt Iſ
meria ferre eam vlterius nequiret
quod prodigium occaſionem dedi
Templi ibidem vouendi.

Vouent Templũ.

Prodigioſum Imaginis põdus.

X. Domi, vt in tali caſu fieri ſolet,
ingenti cum gaudio à ſuis excepti E-
qui-

ites ſunt: Iſmeria ab Epiſcopo Lau-
nenſi ſacro fonte abluta, Mariæ
men ex promiſſo obtinuit; hono-
icè ſemper à Matre Equitum dein-
habita. Ædes ſacra ad Opilionis
nſilium, iuxta Noſocomium con-
tuta eſt: ſed ſequenti ſtatim nocte
nago in hortum migrauit. Ergo tu-
ultuario ibidem opere ædiculam
ramentis conſtruxerunt; vbi inte-
a aſſeruaretur, dum celebre Tem-
um, & prodigijs totâ Gallia notiſſi-
um Mariæ Exhilaratricíque ibidē
mptibus Equitum ſtetit Maria au-
m, Sultani filia, vnâ cum Matre E-
itum continuis quaſi precibus, ie-
nijs, & Eleemoſynis operam dedit,
on diu ſuperſtes. Defuncta ergo ſan-
iſſime in eodem templo ſepulta eſt.

Iſmeria pie moritur & ſepelitur.

INDVS.

Cap. XII.

Abſtinentia porrò, & tem-
perantia in Michaele
uit, tanto dignior admiratio-
ne,

Abstinẽtia, supra ætatem.

ne, quanto minus Ecclesia Ca
tholica, eiusmodi ætatem cõ
muni lege vult obligatam.
Sextas ferias, CHRISTO Do
mino ceu Patri; Sabbathum
B. VIRGINI ceu Matri ieiu
nus consecrauit: præter quam
quod huius dies sacratiore
hebdomodario ieiunio, alij
que corporis macerationi
bus, & antecederet, & seque
retur. Magnum ieiuniũ, quo
Ecclesia quadraginta diebu
continuat, sanctissimè obser
uauit Adolescentulus: idqu
cùm semel ipsi à P. Rectore
negaretur, non quieuit antè
nec à latere Præfecti sui dis
cessit, quâm facultatem tant
tempore à cibis abstinend
obtinuisset. Idem obijt, ali
quot ante obitum hebdoma
di

s in honorem Archangelo-
m Principis, & Patroni ſui
ICHAELIS.

SS. Patron e colendi modus.

EVROPÆVS.

I.

PVlchra, Evropæe, virtus in So-
cietate, comuniq; vitâ, nolle, vllâ
re eſſe eximium & ſingularem:
ılchra, Diuam Matrem, Tutela-
s Angelos, cæleſtes Patronos, ieiu-
js alijſque pietatis officijs demereri:
ılchra, ijs etiã Eccleſiæ aut Maiorũ
ræceptis, & cõſuetudinibus, ad quas
ruãdas necdũ obligaris, ſatisfacere.
'empe amanti, difficile nihil eſſe, ve-
ım ſemper fuit. Hinc tanto Mi-
hael noſter deſiderio Chriſti, e-
ıſque ſanctiſſimæ Matris amore à ci-
is ſe abſtinebat, quanto alij in eoſ-
em, beſtiarum more feruntur. Expe-
tare amicum chariſſimum, vel cũ eo
iutius, remotis menſis & epulis ſer-
ıocinari, graue, moleſtumúe, ne-
ueris quidem eſſe poteſt. Nõ credis,
Evro-

EVROPÆE? Indus docuit: cui si ...nus fidem habes, popularem, hoc ... Europæum imitare.

II. B. Aloysius Gõzaga, noti sa... guinis, & gentis Adolescentulus si... gulis hebdomadis, anno ætatis ter... decimo tria minimum seruabat sta... ieiunia: Sabbatho, pro more Ayat... mi, honori B. Virginis; feriâ sextâ, n... ci Christi Seruatoris nostri recole... dæ: quo die solo pane & aqua co... tentus, manè tribus panis segmen... in aquam intinctis; nulla re prætere... Vesperi autem in esurialem cœnar... vno item panis modicè tosti, & aqu... macerati segmento victitabat. Fer... denique quartâ, interdum cæter... præter panem & aquam sibi interd... cebat; interdum præceptum in Ec... clesia ieiunij morem tenebat; acce... debant alia extra ordinaria ieiunia, quæ sponte sibi imperabat, quoti... vel tempus admoneret, vel ad ea di... uini, & amoris & pietatis ardore ra... peretur. Præterea cibi adeò erat mo... dici, vt non nulli è patris cohorte mi... gati...

Abstinẽtia in cibo & potu B. Aloysii admiranda

, quinam vitam tueri poſſet, de-
ıerint,ipſo inſciente,quantum ſi-
nâ mensâ caperet ; appendere:
quam panem vnâ cum obſonio
ıâ examinârunt, iureiurando cô-
ant, quod ille prandere ſoleret,
cænare , vnciam totam non pe-
diſſe:quod pondus adeò non ſup-
tat conſuetæ naturæ neceſſitati,
teri neceſſe ſit , quod de alijs Di-
ccepimus, vitam illi ; quadam vi
nâ eſſe ſuſtentatam.

Non Vnciam integram cænauit B. Aloyſius.

II. Quid adhæc tu,ô bone Ado-
ens ? vtrius tibi menſa placet ? A-
ij , an Ayatumij ? nobilior certê
s Aloyſio ; iunior ; aut debilior
tumo. Si vires ; ſi annos obten-
, quæ tam inſolentem tibi abſti-
iam diſſuadeant , caue ne frigus
ni , ne illecebra Gulæ id faciat;
n peſtem ſeu Beſtiam potius, niſi
imis annis opprimere laborabis,
te contumaciter inſurget, vt
denique etiam inter ci-
bos eſurias.

IN-

INDVS.

CAP. XIII. *Corporis disciplina, arcta & seuera.*

QVotdiebus semel(nisi a
morbus obstaret, aut i
perium) vbi primum cubi
se leuauit funiculis expiato
is in se animaduertit. Pub
citus ab alio flagellari sæpen
mero postulauit, immò n
semel a Sodalibus singulis m
lè plecti, colaphis onerari, sp
tis fædari, quò vel innatan
sibi verecundiam DEI am
re temperaret; vel CHRIS
à Iudæis tam crudeliter h
biti, dolores ac cruciatus a
quo modo sentiret. Postr
mis vitæ diebus enixè petij
liceret sibi seminudo per pu
licas oppidi plateas flage
lis cædi. Quare biduo ant

ip

ſius mortem , adiuncti ſunt
i quatuor collegæ, à quibus
m pœnam , à Seminarj do-
o , ad vſque Templum So-
etatis IESV ſuſtineret. De-
ɔſito igitur Induſio vmbili-
) tenus, vni propriâ dat ma-
ı Chirographum , in quo,
ıicquid præconis voce pub-
è recitari vellet, deſcripſit;
:eri tubam porrigit , tertio
gellum ipſe lætus, & alacer
grionis habitu incedere ge-
t: ad eum omnino modum,
.o vno ante mortem anno
blicè plecti viderat Balanas
oſdam Sacerdotes Idolorũ.
antem ita in procinctu mi-
em, & iam ad vulnera acci-
:nda paratum , pedẽ ſubitò
ɔrimere iuſſit Pater piam il-
n voluntatem Deo opt.tã-

Heroicum pueri facinus.

tiſ-

tiſper ſatis fore interpretatu
dum commodiore tempo
factum ipſum concederetu
Difficile, ac durum fuit hc
Adoleſcentulo feruentiſſim
imperium: ſed obſecundaui
indignum ſe compellans, q
CHRISTI causâ plagas acc
peret. Sub ipſam deinde nc
ctem apud Patrem iteratò
git, vt die ſequenti (quæ ſext
erat in hebdomade) tunicat
ſaltem per oppidum, ad ſar
guinem vſque cædi liceret:
re ſibi, & æquo videri, quidquid
extremam ſalutem faceret, extren
vitæ potiſsimum tempore fieri. N
gatum eſt etiam hoc illi; id
iterum: cúmque incertam
mortis diem cauſaretur, a
poſtremum illud tempus pra
clarè factis anteuertendum

Mortem ſuam Viſus præſentiſcere Michael.

pug

ugnaret , assensum est eius
oluntati: quæ tamen postero
e , ab insperato mortis su-
ruentu est interpellata.

EVROPÆVS.

I.

O Magnum, paruo in corpore a-
nimum ! Quod hoc MICHAE-
s desiderium EVROPÆE ? publicè,
r medium oppidum, nudo corpo-
præconis voce insonante inter lo-
ios, tanquam reum velle duci, cæ-
, proprio sanguine cruentari ? In-
ns profectò me admiratio tanti in
ero facinoris capit, fateor nec du-
are possum , quin te quoque non
nus attonitum teneat:Fecêre simi-
quædam , magni quondam SAN-
I , & difficulter ab ijs creduntur,
i nesciunt , quoúsque DEI amore
lammatum animum Spiritus ra-
re diuinus possit. Memorant de
ncisco Assisiate; cùm, graui mor-

Contemptus sui in Michaele singulare exemplum.

Quale in S. quondã Francisco.

bo conflictatus ex medicorum impe
rio cibis paulò lautioribus vſus eſſet
eum poſtea in publicum progreſſum
cùm Sodalibus ad ædem ſacram con
tendiſſe; populo euocato, veſtem a
vſque femoralia depoſuiſſe; collo fu
nem inieciſſe, ſéque nudum ad lapi
dem reorum latronis inſtar trahi, ra
ptaríque, & proclamari præcepiſſe
Ecce vobis helluonem, ecce ganeonem
qui ſe gallinis ſaginare conſueuit.

In Iunipero S. Franciſci diſcipulo.

II. Iuniperus hoc Magiſtro dig
nus diſcipulus, cum præter veſtes no
haberet, quod rogatoribus largire
tur, ijs tributis, nudus ipſe domum
reuertit. Quam liberalitatem, cum
paupertas Cœnobij non ferret, inter
dictum ipſi à Præfecto eſt, ne quen
deinceps, ſe ſpoliato, tegeret, ipſe
Monaſterio tegendus. Durum homi
ni clementiſſimo viſum hoc imperi
um. Rogatur iterum: quid Iuniperus
mihi, inquit, non eſt, quod largiar
nec meam quidem tunicam tibi per
præſides licet impertiri: potes tamen
ſi placet, illâ me tu ſpoliare. Exuit
ergo

:rgo, non erubuit nudus, ſpoliatum
ſe dicere.

III. Quæ non de Iacopono ſui *In Iacô-pone.* ıdmirando contemptore noſter diſ-
ſerit Raderus? Tuterti, cum ludi ſo-
emnes publicè, ſummo populi con-
:urſu celebrarentur, accenſus ingen-
i feruore DEI ſeruus, ſeſe pube te-
ıus denudauit; inſtratóq; tergo cle-
ellis iumentorum poſtilena fræni vi-
em ori impoſita, manibus, pedibúſ-
ue, quadrupedum ritu proreptans,
n confertam ſe ſpectantium turbam
ıtulit: quo ſpectaculo tam inuſita-
o plerique omnes attoniti, & pro-
e externati inter ſe intuentes, ni-
il, vt ſi elingues forent, collocuti,
tque è foro dilapſi, ædes ſuas repe-
uerunt; itáque ludi finiêrunt. Eiuſ-
em germanus filiæ nuptias fortè
arabat; ad quas propinqui, & ne-
eſſarij iam confluxerant. Veritus
:go ille, ne Iacoponus more ſuo ho-
ores publicos inſaniæ ſimulatione
orrumperet, conſanguineum mi-
t, qui etiam, atque etiam rogaret

Apud Raderũ Viridarij part. 2.

vellet, eo die personam sapientis sibi sumere, nec insaniâ suâ Nuptijs obstrependo, familiæ notam aspergere, Iacoponus in hunc modum legato respondit. *Fratri meo renunciato; quemadmodum ipse suâ allaborat prudentiâ, vt familiam nostram, genúsque eo paratu illustret, ita me quoque idipsum amentiâ me cogitare, molirique.* Itaq; rem aggressus est: vestibus se exuit, corpúsque perunctum in discoloribus lecti plumis circumuoluit (monstrúmque horrendum, & supra omnes peregrinas & Africanas feras) in ipsa gaudiorum maturitate, floréque Nuptiarum inter suos comparuit. Quod adeò displicuit cognatis, & amicis, vt omni pompâ nuptiali lætitiáq; solutâ, digressi sint omnes: partim pudore suffusi; partim commiseratione commoti viri consanguinei, olim tam honorati, in præsens tam abiecti, & contempti: immò, qui contemptionem ipsam contemneret.

Sapientissimũ Iacoponi responsũ.

IV. Admiranda, clamas, EVROPÆ, non imitanda: idem aio; sed & illud,

illud, Cùm tu vel audis vel legis, eximium aliquem Dei ſeruum & tui præſertim æqualem, adeò ſe depreſſiſſe, honores, & illecebras Mundi proculcâſſe, ludibrio haberi publicè, quæſiuiſſe; inſani inſtar, aut furciferi, per oppida, omnibus ſpectantibus raptari, flagellari, exſibilari voluiſſe; ſic eius admireris virtutem, ne tu interim nihil omnino horum faciendũ arbitreris: ſed, quantum feret locus, patietur conſuetudo, requiret tempus, ſuadebit ratio, diuini Numinis inſtinctus docebit, præſtes: & vel Ayatumum aliquem, ſi non Franciſcũ, Iuniperum, aut Iacoponum imiteris.

Admiranda Sanctorũ facinora non omnimodo non imitanda.

V. Quod hoc Diui boni, ſpectaculum, ſi in Europâ noſtrâ Adoleſcens aliquis ingenuus, cum Præcone, per oppidum eo habitu duceretur, quo Michael Ayatumus, diuino vtique feruore impulſus Boholij in India traduci deſiderauit? Non hoc te doceo, non iubeo, rubicunde Adoleſcens: habes, puto domi cilicia, pendent in cubiculo tuo flagella: cõ-

 tem-

temptum aut contumelias ferre, oc-
casio tibi deesse vix potest, quando
qui inferant, aut contemnant, vix vs-
quam desunt. Possem tibi hîc, si pro-
lixus esse vellem, præter Indum, in
hoc sui contemnendi, castigandíque
sanctissimo studio exercitatissimos
Adolescentulos sistere; Ioannem
Baptistam, Honoratum, Theodorũ
Ludouicum, Archippum, Albertum
Medericum, Bernhardinum, Petrum
Luxenburgensem, Nicolaum Tolen-
tinatem, alios: sed malo, verbis te, Phi-
lippi de Berlaymont, tuíque simile
ad austeræ vitæ amorem incitare,
quibus ille vsus in Paradiso; *Videor*
inquit, *mihi eos pueros à mortuis ex-
citatos, præsentes intueri, flagella, ver-
beráque intentare, hisque vel similibu
verbis hominem delicatum, & mollem
alloqui. Quoúsque tandem infelix ob-
dormiscis? quoúsque licet acedia volu-
tabro immersus plenis alis in cœlum ad-
spirabis? itáne oblitus originis tuæ, ob-
litus beneficiorum propter fluxam vo-
luptatis illecebram, propter leuem au-
ste-*

Pueri Abstinẽtia, & Austera vita laudeclari.

Parte 2. cap. 23.

lerioris vitæ metum, è tanto te digni- atis fastigio in tantam miseriam conij- ies? itáne nostro etiam exemplo exci- atus diutius languesces? itáne tam nobili indignus patre molli & delicata vitâ diuinos natales obfuscabis? fierine otest, vt huius vitæ lux sit tibi iucun- la in vano epularum apparatu, in fra- ili deliciarum luxu? cùm ipse DEI fi- ius ex augustißimo cœli Throno, in hanc calamitatum arenam descen- lens, summis se doloribus exposuerit, nfinitis cruciatibus fregerit? testantur nanus expassæ, loquuntur transfixi pe- les, clamant transfossa latera, ex qui- us, ceu riuis quinque flumina (sangui- isne dicam an amoris) deriuauit, & bluendis sceleribus tuis piscinam præ- arauit. Ergo, age, Christi, & tot San- torum, immò Puerorũ prouocatus ex- mplo: quid, ni, dicas tibimet ipsi cum Augustino: Tu non poteris, quod isti, & istæ? an verò isti, & istæ in semet- psis possunt, & non in Domino DEO uo? Hæc esset, vel similis omnino co-

Oratio puerorũ austeræ Vitæ, ad homines molles & delicatos

Confess. lib.8.cap. 11.

eorum puerorum oratio : quam
fortè ceruicis durioris homines no
attendunt, vitam ſaltem eorum au
ſtero calle transactam animadue
tant.

INDVS.

CAP. XIV. *Oculorũ modeſtia, & verecundia.*

SEnſuum exteriorum ſedi
lus moderator, diligénſqu
velut in ſpecula obſeruator
fuit, ne quà audacius, liberiú
que diffluerent. Oculos, vere
cundè demiſſos ita regebat, v
non modò fæminarum illi
ſed ne virorum quidem aſpe
ctum (niſi quantum neceſſ
tas exigebat) concederet. Sed
nec ſibimetipſi ſatis fideba
quin corpus tectum perpetu
haberet. Cùm è lectulo ſurge
ret, talari veſte pedes occule
bat: quòd ſi in modeſtiæ lege
à ſ

ſe dormiente, vel paululum
otâſſet peccatum, dolenter
ulit; eíque incommodo re-
nedium adhibuit ſaccum lin-
eum, quo incluſus, etiam vo-
ens, non poſſet reuelari. De-
rehenſus nocte quadam pe-
libus tectis, ſed varicatis dor-
nire, eáque de re admonitus
rubuit, veniámque mox ab
omnibus poſtulauit. Quę mo-
leſtia, verecundiáque tanto
n MICHAELE cenſenda eſt
dmirabilior, quanto maior
ſt in Byſaienſi gente nudandi
orporis conſuetudo.

EVROPÆVS.

I.

OCulos in Capite, ceu turri ex-
ploratores natura poſuit. Tar-
areus aliquis Animæ hoſtis, alicubi

Oculi Exploratores.

se mouet? reducendæ valuæ, cla
dendæ portæ; seriò aduigilandum,
quid laruæ, aut venenatæ pestis i
tromittatur. Sic excubauit INDV
Quo si te, ô EVROPÆE, sanctioren
fortè putas, non es ipso Benedict
qui iu speculâ hac aliquando negl
gentior, audi, quas pœnas dederit
eásque sibi. Magni verba Grego
mutare religio mihi sit. *Quadam d*
cum solus esset B. Benedictus, tentat
affuit. Nam nigra, paruáque au
quæ vulgo merula vocatur, circa, ei
faciem volitare cœpit, eiúsque vult
importunè insistere, ita vt manu ca
posset, si hanc vir sanctus tenere v
luisset: sed signo Crucis edito reces
auis. Tanta autem carnis tentatio a
eâdem recedente secuta est, quanta
vir sanctus nunquam fuerat expe
tus. Quandam namque fœminam a
quando viderat, quam malignus Spir
tus ante eius mentis oculos reduxi
tantóque igne serui DEI *animum i*
speciem illius accendit, vt se in eius p
ctore amoris flamma vix caperet,
pœn

Dial. lib. 2. cap. 2.

S. Benedictus visa aliquando â se fæmina pœnas dat.

enè deſerere Eremum voluptate vi-
us deliberaret. Tum ſupernâ gratia
bitò reſperſus, ad ſemetipſum reuer-
s eſt, atque vrticarum, & veprium
xta denſa ſuccreſcere fruteta con-
iciens, exutus indumento, nudum
in illis ſpinarum aculeis & vrtica-
um incendiis proiecit. Ibique diu vo-
tatus, toto ex eis corpore vulneratus
cijt, & per cutis vulnera, eduxit à
rpore vulnus mentis quoniam vo-
ptatem traxit in dolorem. Cúmque
ne pœnaliter arderet foris, extin-
it quod illicitè ardebat intus. Vicit
aque peccatum, quia mutauit incen-
ium. Diſplicet medicina, EVROPÆE? Ne
orbo cauſam ne dederis; & aut cũ
loyſio Gonzaga nihil, aut cum B.
phremo Terram ſpecta.

Aut nihil, aut Terra ſpectanda Viro.

II. Annum agebat decimũ terti-
m Aloyſius, cùm Pater eum ſibi co-
item adſciuerat Mediolanum, vt
anſuectionem omniũ eius prouin-
iæ equitum, cui illũ propter munus,
uod gerebat cum alijs multis viris
rincipib⁹ oportebat intereſſe, ſpecta-

Virgil. Caparius in eius Vita lib. 1. cap. 2.

ret. Cùm ergo, quod res & rara ſit,
in primis viſenda magni ad eam fi
rent, hominum concurſus, Aloyſiu
qui ne Patrem pro Imperio hoc i
bentem irritaret, facere non potu
rat, quin accideret; nouâ arte vſu
nunquam abs ſe impetrari eſt paſſu
vt in primis ſubſelijs, vnde comm
diſſimè pompa omnis videri potera
ſederet; & quod amplius eſt, qua
tum licuit, dedit operam, vt ocu
ſemper eſſet, vel clauſis, vel alio co
uerſis.

B. Aloyſius pompæ interest clauſis oculis.

Apud Drexelium in Niceta lib. 1. cap. 7.

III. Iam verò Edeſſam tendeb
Ephrem: in viâ DEVM ſic precabatu
Domine tu meum hoc iter ſic dirig
vt primo vrbis ingreſſu, in eum viru
incidam, qui mecum diſſerat ſup
ijs, quæ ſint iuuando, & excolen
animo. Cúmque iam citatiore gre
portæ immineret, ſecum ipſe cœ
diſquirere, & quas viro illi quæſti
nes poneret: quæ primo quæ loco
timo interrogaret. Dum ſic, ſuis me
ſus cogitationibus incedit, en ti
mulier leuicula, ſub ipſam portam

i

lli fit obuia. Ephrem fixis in eam o-
ulis quasi emotæ mentis substitit: *Ephrem, Terram, non fæminas spectare docetur.*
urbabatur nimirũ vir sanctus hoc fę-
ninæ occursu, dolebátque votis DE-
VM non annuisse, ita tristes, & indig-
iantes oculos in fæminæ vultu statu-
t; non minus illa eum sic stantem ob-
utu acerrimo cœpit contemplari.
Vbi sic inter mutuos aspectus, aliquã-
liu silentium tenuit, demum prior
Ephrem, pudorem fęmellæ incussu-
us: non erubeſcis, inquit, procacula
am fixis oculis me petere? Non eru-
besco, inquit illa, bone vir; licere mi-
ni reor, te sic aspicere; ex te, tuóque
atere, sumpta sum. Tibi verò, conue-
nit, non fæminas, sed TERRAM, ma-
trem tuam aspicere, è quâ sumptus es
& in quam reuersurus es. Audijt Eph-
remus inexpectatã prorsus concio-
nem, & ipse sibi tacitus dixit: Hoc
HABES, mi Ephrem, & nunc votis tuis
satisfactum. Petijsti à Deo vitæ magi-
strum, & nactus es. Huic fæminæ mi- *Magistra Fæmina.*
nerual debes, & gratias. idem DEVS
viri, idem fæminæ ore loquitur, habes

abundè ſatis in hunc diem ; habes in multos annos, quod diſcas , & exerceas : oculos cuſtodi , fæminis eos claude , terræ aperi , & ſepulchrum circumſpice. Habes, & tu, credo ſatis EVROPÆE : qui, ſi fæminæ minerua debere non vis, INDO noſtro trade.

INDVS.

CAP. XV. *Aurium cuſtodia.*

AD aurium portas câdem diligentiâ , quâ ad oculorum, excubitorem egit : illac non Sirenum cantus, non modulos illecebrarum, nõ, quidquam Sotadicũ, inhoneſtúmue admiſit. Si quid inopinatò fortè ad aures accidiſſet, quod impudentiam ſonaret , ipſe verecundiæ ſuæ ſtatim, vel fugâ celeri, vel caperatâ, ſeuerâque fronte vel ad Patrem factâ appellatione proſpexit. Excide-

Duplex aduerſus ſpurca audita remediũ.

iderant aliquando conſobri-
io ſuo, verba quædam minus
lecentia, minúſque modeſta:
quæ cum inaudiretMICHAEL
pud Patrem precibus inſtitit,
ibi vt liceret in reum flagris
nimaduertere, eámque no-
tam verberibus detergere;
quò alij exemplo huius diſce-
ent proloqui ſaniora. Nihil
niquiore animo tulit, quàm
cùm æquales ſuos intellexit
lelectari numeris quibuſdam
x cantilenis idololatrarum:
cúmque per Patres Societatis
æpius illi daretur facultas cō-
tiunculam aliquam meditan-
li, ſeriò in eiuſmodi homines
nuehi conſueuit, qui vetera
tque obſcena, inanium Deo-
um deliramenta iactarent.

Caſtigādi ſpurciloqui.

Cantilena inhoneſta non ferenda.

IN-

EVROPÆVS.

I.

SCis, EVROPÆE, quî capiantur à ues? non escâ solum obiectâ, qu gulam, sed cantu etiam, qui aures pe mulceat. Id quod vel pueri norun (eò, MICHAEL vtrumq; cauit) quan to minus Diabolum id non latebit peritissimum Animarum Aucupen Quâ Alipium suum arte captum na rat Augustinus? Oculos bonus Iuue nis clausit; aures patulas habuit: p quas ingressus hostis, prædam cepi Auersabatur is omnem spectaculor turpitudinem; sed cùm ad amicorui blandissimos inuitatus, & preces ir uictus, iam etiam traheretur familia violétia: Ad amphitheatrum, inqui non totum Alipium pertrahetis: an mus, & oculi, ibi non erunt: itaque absens adero. Venitur, consideturferuet opus: Alipius oculos vt statu rat comprimit: animum quantum potest auertit ad alia. Vtinam & Av RES obturasset! ita quidem cæpit, nc

S. Aug. lib. 6. Confess. c. 8.

ı finijt. Subito ingens populi cla-
.or coortus eſt: hîc bonus Alipius
ıriofitate victus, noluit eſſe cæcus
nplius: nec erat, iam ille, qui vene-
t, ſed vnus de turbâ, ad quam vene-
t. Ita oculos diu preſſos reſerauit,
ectauit, clamauit, exarſit, abſtulit
ıde ſecum inſaniam, quâ ſtimulaba-
ır, non redire tantùm cum illis, à
uibus ante trahebatur, ſed etiam
ræ illis, & alios ſecum trahere. Quã
ımen poſtea inſaniam, ad Auguſtini
ıonita, ope diuinâ correxit. Non er-
o pueriliter feciſſe MICHAELEM
utabis EVROPÆE, cùm, ad in hone-
a dicta, factaúe in fugam illico ſe de-
it: quando aduerſus impudentiæ,
npuritatíſque Anteſignanum, ma-
imum in pedibus præſidium conſi-
ere, omnes militiæ ſacræ ſcriptores
eſtantur; ipſi ſuo exemplo Diui con-
rmant.

Alipium non Oculorum, ſed Aurium illecebra vicit.

Fuga optimũ contra impudentiã & impudicitiam præſidiũ.

II. Refert Surius, Wallericum
Abbatem iter feciſſe hieme, & frigo-
is ſæuitie compulſum, è viâ diuertiſſe
n ædes hominis, quem minimè pro-
fanum

1. Aprilis de Sanc. VValerico.

ſanum credebant. Sed hic multo
cerbius frigus virum optimum exc
pit, vbi nec ſcintillam diuini amo
reperit. Paterfamilias, & loci iud
non in otioſos tantùm, ſed & obſc
nos ſermones erumpere cœperunt
Hîc Wallericus, vtique, ait, Euang
legem meminiſtis? quoniam om
verbum otioſum, quod locuti fuer
homines, reddent de eo rationem
die Iudicij. At effrontes illi monit
rem cachino eludere, audacius l
qui, & fœdiora etiam effutire, cùr
iterum Wallericus: volebam, inqu
caloris hîc aliquid haurire corp
fouendo; ſed linguæ veſtræ graui
adurunt, quàm vllum frigus; exp
lor. vos videritis, quî hanc oris in
puritatem, ad Dei tribunal purget
At illi, iret modò bonis auibus,
qui etiam inuocatus veniſſet; nec
lus noſtrum, inquit alter, penulam
bi ſcindet vt maneas, abi licet, a
Sed & abeuntem dicterijs impu
impetebant. Non diſtulit vltor D
vs, & obſcœnam linguæ petulanti

Ita Dre-xelij Ni-cetas.

vi

ndictâ manifeſtariâ caſtigauit : illũ idem cæcitas, hunc inguinaria lues uaſit. vrgebant miſeri, & iam reuotum volebant, quem linguis eiecent : fruſtra. hunc fæda corporis pudo citò extinxit, ille diutius vixit, d productiore ſupplicio cœcus. Fu-, & impudentes iſtos hoſtes, viciſti.

Diuinitus puniti duo ſpurciloqui.

INDVS.

CAP. XVI.

Linguæ moderatio & in verbis prudentia.

Inguæ pari cautione moderabatur. Prudentiam, uæ in tantillâ ætate eſſe poit, reſponſa ipſius ſat pro ınt. Monuit eum aliquano Frater è Societate quiım, ne tanto ſe opere affli:ret, occuparétque in Paum commodis procuranis : ſiquidē apud eos cautum oret, ne ijſce rebus ſtuderent: *oc, quidem*, inquit MICHAEL, *atribus expedit, qui ſibi aſſiduè vim*

vim faciunt: at vero aliud mihi [cut off]
perat DEVS *: eorum videlicet* [cut off]
necessitatibus, quantum fieri po[cut off]
occurram, eorundemq́; vtilitati [cut off]
studeam, quàm diligentissimè: i[cut off]
sola ad me spectat charitas non p[cut off]
simonia. Ad æquales sui, in o[cut off]
cio continendos, & salubri[cut off]
instituendos, dicere soleb[cut off]
Exactiorem quandam cu[cut off]
ijs, qui in Seminarijs Socie[cut off]
tis forent, initurum DEVM [cut off]
tionem; quam cum alijs, [cut off]
foris suæ libertati relinque[cut off]
tur: quod apud eos viuere[cut off]
quorum exemplis proficer[cut off]
possent; quoque maiorib[cut off]
quàm reliqui Bysaiæ benefi[cut off]
is cumularentur. Indus qui [cut off]
recens ad Christianos agg[cut off]
gatus peccata sua Patri expo[cut off]
turus venerat: *Ne quæso*, ait M[cut off]

Apophtegma.

CH[cut off]

AEL, *audias nouitium hunc* *riſtianum, Pater: diſcat prius,* *d ſit peccata ritè expiare; tum e-* *uero, nullo illum negotio à la-* *is ſcelerum, quibus adhuc inſci-* *enetur explicabis*: quod con- lum non puerile fuiſſe, ex- ientia deinde oſtendit. Io- bantur fortè nimis liberè, & ba quædam ab honeſtis lo alieniora, inter luden- m ſubinde effutiebant illi- coæui: mox ille curriculo, P. Rectorem venit, obſe- ns, verbis incautos illos A- leſcentulos acrioribus co- eat: *ne*, inquit, *à modicis exor-* *ulatim grauiora audeant*. Iuſ- fuerat aliquando à P. Pe- , verba de Chriſtianis my- ijs publicè facere ad Byſa- as, quippe, qui eius gentis mo-

Conſiliũ Ayatu. mi ſapiẽs & Vtile.

Aliorum errata corrigi Vult.

Concio Michaelis. mores, ritúſque probè noſ
In eâ concione Biſayarũ I
uatas, Tagalorum Banthal
Mindanaenſium Mahomet
Dij Indorum varij. Iaponenſium Amidas, Itar
Bibitas, Brachmanium Pag
des, Sinenſium Cequias, al
rúmq; gentiũ Idola omnia
ſingula, à CHRISTO Domi
ſuperata eneruata, penitú
dudũ ex Deorum numero
iſſe proſcripta demonſtrau
Iure merito igitur IESVM CHR
STVM *ſolum pro vero Deo habe*
dicebat, *qui omnes vinceret*,
nullo vinceretur.

EVROPÆVS.

I.

GVbernare vrbem, prouincia
regnum, aliquid eſt, EVROPÆ
multò tamen præclarius; LINGVA
Æſopici ingenij factum, quod nõ n
nus ſapientiæ quàm lepôris habet,
ci

pe. Iuerat herili imperio in forū Æ- pus, id quod optimū ibi reperiret, æſtinare iuſſus. Linguas animalium ëmit, domúmque aſportatas Hero hibuit. Cuius facti admiratione at- nitus cùm ſtaret ille: attuli, inquit ruulus. Here, id quod in foro mihi ſum eſt optimum. Remiſit illū He- s; & iam id etiā, quod cenſeret peſ- num afferre iuſſit. Redit indidem m mercibus Lepor, & coëmptas rum Linguas non minore numero Heri ſtupore, ante oculos expoſu- & admiranti, inquit; id, quod peſſi- im, nunc Here attuli. Et ſanè attu- Quid enim peius Lingua? quæ nec o, nec hominibus parcit. Peior eſt dio; hic corpus, illa animū vulne- . Peior veneno, hoc vitam, illa fa- m, vitâ chariorem aufert. Quid, itrà Linguâ melius? Devm laudat, nines conciliat; rudes informat; è, prudentérque vſos deniq; beat. I. Indvs noſter quantas tibi fu- racula Evropæe? Magnus mihi, le, Imperator eſt, regere qui Lin- guam

Aeſopus; Linguarū Mercator.

Optimū & Peſſimū Lingua.

guam poteſt. Quid in Ludo gladiat
rio diſcis vibrare haſtam? diſce Li
guam; ne illâ imperitè vſus, te ipſu
iugules. Artis eſt, aurium tutelæ re
præeſſe: maioris, oculos in officio c
tinere: nihil maius, quàm linguam
frenem frenare poſſe. Atque hæc,
inſigniter omnia prę̆ſtitit MICHAE
ſic reliquis quoque ſenſibus, non m
nori procul dubio virtute & vigila
tia imperauit. Quod ipſum & te fac
re, ô EVROPÆE, ad Indi exemplum
hic iucundiſſimus, viri ſapientiâ, ſa
ctitatéque clariſſimi Apologus doc
bit.

B. Iacoponus apud Raderum in Viridariis.

III. Virgo erat formæ liberaliſ
mæ, cui quinque erant Fratres, paru
copioſi, eáque gemmam maximi p
tij poſſidebat. E Fratribus vnus e
Muſicus ſeu Aulædus; alter Pictor
tertius Pharmacopola, quartus C
cus; quintus Leno. Muſicus ad ſor

I. Muſicus.

rem adijt; &, ſoror, inquit, cognita
bi eſt egeſtas mea; ſubueni mihi t
quæſo, & cedo gemmam illam tua
pretioſam, quam dando vitam m
d

lederis. At illa, ego verò hanc tibi ion largior, quod ipſa, illâ egeam. ſum Frater: & verò tibi pro illa ſol- iam. Cùm iſta, quæreret, quantum pretium daturus eſſet; reſpondit, ſe varios modos, Chelyn ſuam pulſan- o facturum. Hîc verò, Virgo: atqui, Muſicâ finitâ, quis mihi porro victũ abit? apage ſis ergo te: nec enim emam tibi tam vili vendam; ex quâ otem mihi conficiam, vt nuptui tra- ar, & ſic eius beneficio vitam hone- è meam exigam. Exin pictor, ſoro- em Gemmam flagitaturus conuenit : pro eâ, perelegantem picturam btulit. Virgo eo, quo priori, modo eſpondit. Mox Pharmacopola adue- it, Gemmámque popoſcit, ac rem iquam ex optimis compoſitam o- oribus, & fragrantiæ miræ eſt polli- tus: huic quoque idem, quod alijs edit reſponſum. Cocus poſtea ac- eſſit, ac pro Gemmâ, res eſcarias ad- odum delicatas, & gulæ delicias aximas promiſit: Et hic, vti cæteri, im eodem reſponſo fuit amiſſus.

Apologus elegans, de 5. Sensibus hominis, in officio cōtinendis.

2. *Pictor.*

3. *Pharmacopola.*

4. *Cocus.*

Quintus demum ſuperuenit, idem
5. expoſceret,& pro Gemâ magnũ ol
Leno. tulit numerũ procorum riualiũ, qu
bus maximè futura eſſet in amoribu
Et hũc multò expeditius, quam ali
à ſe amolità repulit; adeóq; Domi
Gemæ ſuæ poſſeſſione retenta,rem
6. ſit. Poſt non multò REX quidam
Rex. eam acceſſit, Gemam illã poſtulatu
rus:cui Virgo;ſcias, velim,me nihil
hoc Mundo,præter hanc Gemam h
bere,adeóq;hunc meũ eſſe Theſaur
opéſq; omnes: quid proinde, ſi tan
tibi eius cupido,pro ea mihi repone
Et Rex;ſibi verò,in pretiũ Gemæ illi
certum eſſe,illam Vxorẽ ducere, Do
minámq; auguſtiſſimam efficere,at
inſuper vitã tribuere ſempiternã ac
iectis bonis illis omnib9 quæ exopta
ret. Regi Virgo tã prolixè pollicent
tãta eſt,inquit, promiſſi tui magnitu
do, vt Gemam tibi meam neutiquam
negare poſſim; quam tibi proinde lu
bẽs,volens cõdono,atq; in manũ tra
Explicatio Apologi. do. Rex iſte eſt CHRISTVS, Virgo, A
nima: Gemma, Voluntas: Quinqu
Fra

Fratres, Senſus corporis. Auditus Muſicus: Viſus Pictor: Odoratus Pharmacopola: Guſtatus, Cocus: Tactus, Leno. *Sapienti pauca.*

INDVS.

Cap. XVII.

Induſtria ſingularis, omnibus in Actionibus.

MIrè quoque induſtrium, ac ſolertem experti ſunt Michaelem, qui eum familiariter nouerunt; ijs potiſſimum in rebus, quæ ſacrum vſum habebant. Flagella, pro caſtigando corpore texere, ijſdémque ſtellulas ad eliciendũ ſanguinem inſertare calluit, quàm qui ſcitiſſimè. Et ad ſacram quidem Confeſſionem quod attinet, ſeu cum ſeipſum præpararet, ſeu cum alios eodem in negotio inſtitueret, nemo erat accuratior. Modũ confitendi de peccatis, eúmque Biſagas ſuos in propriâ ſibi chartâ conſignauit, quàm

legendam deinde, censer
dámque Patribus obtulit. Vi
derunt eam, legerúntque ma
gnâ cum voluptate, quòd pul
cherrimè rationibus, exquisi
tis exemplis, & similitudini
bus aptissimis suaderet, reco
gnitionem, dolorem, detesta
tionem, enarrationémque
peccatorum: ac quicquid de
mum emolumenti, ex eo Sa
cramento in Christianum ho
minem posset redũdare. Qu
labore, atque exercitatione
duo potissimum consecutu
est optimus Adolescens: vt &
ipse tranquillam sibi compa
raret conscientiam, & primu
esset, qui in hac Boholana In
sula Confessionis Generali
vsum inuexerit; quam ipse
met non semel vsurpauit.

Vsum super totã confitendi, in totam Insulam induxit.

EV

EVROPÆVS.

I.

IVuenes, quod te non fugit, otiari non poſſun; aut igitur benè agant, aut malè, neceſſum eſt; quo dilemmate nihil verius, Occupat te Parens? prudenter facit: negotium dat Auunculus? ſapit: Magiſter penſum præſcribit, idque prolixum & difficile? magno conſilio; ingẽti tuo bono: ſic iocis, & ineptijs tempus ſubducitur; ſic ludis, & compotationibus via interuertitur; ſic ne ſomno quidem, aut imaginibus animi inhoneſtis locus datur, Raros, opinor, hodie inter Adoleſcentes, reperias Ayatumos, qui ſe ipſos, nullo Magiſtro vtiliter occupent, qui funiculis expiatorijs texẽdis bonas horas impendant; qui ſacra cõmententur; qui alios Confiteudi Modum doceant; de peccatis ritè perſuadeant, A puero autem Patriam totam hanc, ſuper omni vitâ dolendi, ſeſéq; accuſandi artem didiciſſe, quantum, obſecro, beneficium eſt, EVROPÆE?

Adoleſcenti, nihil vtilius conſtanti occupatione.

Magna, omnino vis virtutis, quocún-que in corpore: abstrusa conscienti[ae] secreta ab homine elicere quisqui[s] potest, næ, ille multum potest. Quàm difficulter id obtinuit, Iuuenis ille etiam à Fratre? à quo, nisi singula[ri] Spiritus sancti auxilio, bonitatéque adiutus, ne obtinuisset quidem. Longiuscula est, quam tibi narro histori-am; sed in re vtili, nimium nihil longum EVROPÆE, videri nihil debet.

Difficile negotiū, confeßionē peccatorum alicui persuadere. Speculū M. ex Ioanne Iuniore Ord. prædicat.

II. Lutetiam Parisiorum honesti[s] orti parentibus studiorum causâ, du[o] germani Fratres concesserant. Feci[t] minor natu officium probi adolescē[n]tis, posthabitísq; perditorū Sodaliun[n] studijs, ad litteras animum & virtut[i] sedulò ac seriò applicuit. Maior, contraria omnia agere: nequitiæ cætu[s] sectari; otio, ludo, Veneri, Baccho diu, noctúque operari. Quam rem non litteraria modò pubes, sed & [e] plebe optimus quisque vehemente[r] cæpit improbare & abominari: a[t] multò magis Frater; qui cùm ferreum pectus aliquoties precib⁹ frustra pul-sâ[s]

SPIRITVS sanctus desperatum Iuuenem ad spem veniæ suā benignitate erigit.

âſſet; germanóque decretorium il-
um ſupremi Iudicij diem, quo omnia
n lucem ſcelera producenda forent,
omminatus eſſet; demum, illachry-
nans: Sperniſſime, inquit, Frater mi,
SPIRITVM, DEI, te nunc per me, ad-
nonentem? Veniet, mihi crede, ve-
iiet ille dies, nec procul iam abeſt,
uo die, SPIRITVM S. te tam obſti-
atâ mente repuliſſe pœnitebit. Qui-
ous dictis ab eo digreſſus, non ceſſa-
iit, pertinacibus apud DEVM ſuppli-
ijs cauſam Fratris agere, donec ſce-
eratum Iuuenem diuina bonitas in
norbum & lectum coniecit.

III. Ibi ille, ad ſe paulatim redi-
e, malè tranſactæ vitæ rationes à ſe
xigere, & deſperatis iam propè re-
ous ac ſalute, miſerandum in modum
xcruciari. Dum ita affligitur, ecce ti-
i vir, humanâ ſpecie auguſtior, ca-
iitie venerandâ, ſeueróque vultu ac
ſupercilio illi ſe oſtendit. Ad quem
Iuuenis, quid eſſet, inquit; quòd ad ſe
ntempeſtæ noctis caligine terrendũ
eniſſet? Cui Senex, ego inquit, ſum

DEVS Pater damnationis ſententiam in Iuuenem profert.

PATER cælestis, qui te, cùm non e
ses, creaui: qui membris tuis vitam i
fudi, qui Animam facultatibus ex
mijs, corpus sensibus illustraui; q
Solem & Lunam & Sidera in tuun
obsequium cœlo infixi; qui tantâ
charitate prosecutus sum, vt deser
nequitiâ, virtutibus animum dare
pœnitentiam ageres; vitam perue
sam corrigeres, frequenter admonu
Sed nunc, quia hæc vniuersa imp
neglexisti, veni ad te, vt dicerē, mo
tis æternæ supplicio te dignum. Qu
sententiâ perculsus, & consternat
æger, posterâ die inter metus & pa
uores horam illam terribilem, quâ a
inferos raptandus foret expectauit.

IV. Successit nox altera: cùm flo
rente ætate Iuuenis, viro illi prior
vultu haud multum absimilis, nudu
corpore, coronatus spinis, cruce gra
uissimâ oneratus, sanguinem lacer
ex pectore largiter profundere visu
interroganti; num se agnosceret? cu
iste: haud equidem satis, inquit: se
illi, qui heri me infaustâ denunciatio
n

e terruit, videris esse quàm simillimus. Nec tu mireris, inquit ille, me similem illi, qui cum mihi est vna diuinitas, æqualis gloria coæterna maiestas. Sum enim Christvs Iesvs filius Dei, qui humani generis miseratus errores de cœlo in Virginis vterum descendi; vnde, vt te redimerem, tanquam sponsus è Thalamo progressus, famem, sitim, frigus sustinui; & post infandos cruciatus, ipsam denique turpissimam mortem. Verũ quia tu infelix tantis beneficijs præbuisti te im̃emorem, nunc ausum vt mortis sempiternæ sententiã tibi denunciarem. Quibus dictis, exceptum è latere cruorem manu in iacẽtis vultum coniecit; habe hoc, inquiens, & erubesce illo sanguine, qui cæteros emundat. Quo putas Evropæe Iuuenem hunc colore tum fuisse? quâ consternatione animi? quâ desperatione? cùm, quò se porrò verteret, nõ videret? Vocatus adest frater, animaduersáq; miserandâ pauidi, tremẽtísque germani effigie: quomodo, ex-

Dei Filius cum exprobatione beneficiorũ eandem sententiam denunciat.

clamat, tam citò in pallorem abijt fa-
cies, illa, quondam amœna, notúmq;
robur fortissimi amisêre lacerti.
Quid, te factum, Frater mi, quod ha-
me fronte aspicias, terreásque, qua
paulò ante oculi designauêre puella-
rum? quo abijt, illa genarum purpur
tuarum quæ ardere prius inter fæmi-
narum choros solitabat? Vbi nun
sint, illi tui, nequitiarum magistri qu
toties te à latere meo auulsum, in ip-
so nunc barathro desperationis so-
lum relinquunt? oportuerat, certè,
Frater mi, Fratris te saluberrimis mo-
nitis obsecundâsse; florémque ætatis,
in has ærumnas non coniecisse. En,
num nonus tibi Vates fuerim; cũ dixi,
doliturum te, SPIRITVI sancto refra-
ctarium fuisse. Dic tamen, quid palles
tremis, sudas? Si morbus hæc facit, a-
nimo forti esto; sunt enim qui gra-
uioribus subinde cruciatibus perfun-
guntur: si peccata terrent, atque affli-
gunt, emendationem propone, veniã
pete, dole: clemens est DEVS; quippe
qui momẽto tẽporis Latroni, & igno-
uit,

Fratris ad Fratrem oratio.

Suadetur Iuueni pœnitentia.

:it, & Paradiſum ſpopondit. Ad quæ
erba erigens nonnihil moribundus
aput: atqui, PATER inquit cæleſtis,
ne ſceleſtum filium iam damnauit;
CHRISTVS Cruce in vultum meum
roiecto ſanguinem illum ſuum pro
ne fruſtra effuſum eſſe dixit. Quid
gitur miſer porrò ſperem? ne ſangui-
eæ quidem lachrymæ latam in me
ententiam mutabunt. Cui Frater, in-
enti cum fiducia: Etſi te, inquit, PA-
ER, qui ipſa eſt Veritas, in peccatis
dhuc conſtitutum damnare viſus
t; & FILIVS, qui Iuſtitiæ partes agit,
e in peruersâ voluntate iacentem
anguinis ſui fructu indignum pro-
unciârit; reſtat tamen SPIRITVS
anctus, quem D. Bernhardus ipſam
Benignitatem vocat: huic ſupplica,
ngemiſce, dole; pióque lachryma-
um imbre madidus tua Sacerdoti
eccata expone.

Spiritus ſanctus Benignitas.

V. His Germani verbis nonnihil re-
reatus æger iuſſit, adeſſe Presbyterũ
ui præſenti cum tanto animi ſui do-
ore, lachrymarúmque copiâ, noxas,

quibus DEVM offenderat, expoſuit, v
interrumpentibus ſermonem gemit
bus, vix animi ſenſa poſſet exponere
Quâ ſui accuſatione deplorationeq
peractâ, cùm iam ſupremum inun
ctus, cæleſtique viatico paſtus eſſet
tempus, quo ex hac vitâ euocaretur
expectauit. Sequenti igitur nocte ali
us ipſi vir conſimili, quo priores duo
vultu, candidâ veſte, columbáque
dextræ illius ſcapulæ inſidente, ſpe
ctabilis eſt. Is cùm propius acceſſiſſet
& faciem ſerenauit, & oculos clemē
tes in iacentem contorſit. Quæ res
& animum Iuueni, & audaciam ad
didit, vt quis eſſet, qui ſe tam iucundo
aſpectu, præter illorum conſuetudi
nem qui prioribus noctibus apparu
iſſent, bearet, quærere inſiſteret. Et il
le: Ego, inquit, SPIRITVS ſanctus,
qui à Patre, Filióq; procedens, vnius
ſum cum ipſis potentiæ: proinde tibi
adſum nuncius; & peccata eſſe di
miſſa; & peruium tibi iter ad cœlum
patere. Hîc enimuerò repentinis læ
titijs perfundi Iuuenis; in illa, plena
pie-

Confite-tur.

SPIRITVS *ſanctus pœnitenti ignoſcit.*

ietatis & grati animi verba prorumpere: *O Pater Paupertas? ô consolator mœrentium animorum! ô omnium miserorum dulce refrigerium! quid audio? Num ergo patebunt cœlestes valuæ mihi, quem Pater, & Filius reum mortis esse contestati sunt? cui perennes flammas mirati? à quo tam crebrò, tam imprudenter sunt offensi? Ergóne exilis dolor exigua pœnitudo decretum immutabilis veritatis immutabit?* Ad quem SPIRITVS; forti, inquit animo te esse iubeo; in tuto salus tua est; nullo modò desperandum tibi: validos habet pœnitentia vera lacertos: ipsa diuinæ maiestati vim facit; DEVM inuictum vincit; immutabilem mutat, irascentem placat. Tu modò, in hoc mente, quam concepisti, perseuera, eámque virtutibus, quibus potes corrobora: triduo post, ad te reuersi, cœlo inferemus: quod & factum.

Triduò post ad cœlum auocatur.

VI. O verè FRATREM istum, EVROPÆE, qui hoc Fratri beneficium præstitit, vt ex capitali hoste, tantus DEI amicus, & cœli inquilinus fie-

ret. Idipſum tamen Ayatumus etiam alienis præſtitit: idipſum tu, ſi alieni non potes, ſi non præſtare tuis, ſal tem tibi præſta.

INDVS.

CAP. XVIII. *Quantus fuerit otij deteſtator Michael.*

IAm otio, atque ignauiæ perpetuum quaſi exilium indixit. Ad culinam ſæpe itabat, eâ ſolum de causâ, vt ſi aliquando Patribus Societatis comitari neceſſe foret, ipſe loci munere fungi dextrè poſſet. In nauigijs ſolus omnia curabat, onera importabat, exportabat: in mortariolo à ſemet in eum vſum confecto, orizam terebat, ex quà panem deinde Patribus magna charitate ſubminiſtrabat. Et inter has quidem continuas corporis occupationes ani-

nimo minimè feriabatur. Tā enim familiarem ſibi fecerat recandi conſuetudinem, vti ec domi ſtantem, nec foris mbulantem, aut nauigantem b eo negotio vacuum facilè eprehenderes. Ita nunquam tioſus minus erat, quàm um erat.

Corpus & animum occupabat.

EVROPÆVS.

I.

Nduſtriam ſupra, INDVS te noſter, EVROPÆE, docuit: quid ergo eſt, ır otioſum te fore timeamus, aut oc capite diu, multúmque detineaus? Sed nihilominus, quia ſtudioſus terarum es induſtriâ Maioris Plinij uſquam vulgari ad labores honeſſimos hoc te loco, vel impellam, l propellam. Erat illi, acre ingenin, incredibile ſtudium, ſumma vigintia Lucubrare à Vulcanalibus in-

Nempe cap. 17.

Diligentia pluſquam humanæ exemplū.

cipie-

cipiebat, non auſpicandi causâ, ſe
ſtudendi ſtatim à nocte multâ: hiem
verò ab hora ſeptimâ; vel cum tardi
ſimè, octauâ, ſæpe ſextâ. Erat ſanè ſc
mni parciſſimi, nonnunquam etia
inter ipſa ſtudia inſtantis, & deſeren
tis. Ante lucem ibat ad Veſpaſianu
Imperatorem: nam ille quoque nc
ctibus vtebatur: inde ad delegatum
ſibi officium. Reuerſus domũ, quo
reliquum temporis, ſtudijs reddeba
Poſt cibum ſæpe, quem interdiu le
uem, & facilem veterum more ſum
bat æſtate, ſi quid ocij, iacebat in ſol
liber legebatur, annotabat, excerpe
bátque. Nihil enim vnquam legi
quod non excerperet. Dicere etiar
ſolebat; nullum eſſe librum tam ma
lum, vt nõ aliquâ ex parte prodeſſe
Poſt Solem, plerumque frigida laua
batur; Deinde guſtabat, dormiebát
que minimum. Mox, quaſi alio die
ſtudebat in cœnæ tempus. Super
hanc, liber legebatur, annotabatu
& quidem curſim.

Studio ſomnum fugat Plinius.

Ratio ſtudendi Pliniana

II. Memini, quendam ex amicis
cũ

im lector quædam pronunciâsset,
erperam, reuocâsse, & repeti coëgis-
. Huic auunculum meum dixisse:
ntellexeras nempe; cum ille annuis-
t: Cui ergo reuocabas? decem am-
lius versus hac tuâ interpellatione
erdidimus. Tanta erat parsimonia
emporis. Surgebat æstate, à cœna, lu-
e; hieme intra primam noctis, sed
unquam aliqua lege cogente. Hæc
nter medios labores, vrbísque fre-
nitum. In secessu solum balnei tem-
us studijs eximebatur. Cum dico
alinei, de interioribus loquor. Nam
um distringitur, tergitúrq;, audiebat
liquid, aut dictabat. In itinere, quasi
olutus cæteris curis, huic vni vaca-
at. Ad latus, notarius cum libro, &
ugillaribus, cuius manus, hieme mã-
icis muniebãtur, vt ne cœli quidem
speritas vllum studijs tempus surri-
eret. Quâ ex causâ Romæ quoque
ella vehebatur.

In balneo audit aut dictat.

In itinere studet.

III. Repeto, me correptum ab
o, cum ambularem: Poteras, inquit,
as horas non perdere. Perire enim
om-

Lecticâ pro studijs vtitur.

omne tempus arbitrabatur, quod ſ
dijs non impertiretur. Hac intenti
ne tot iſta volumina perlegit, elect
rúmque commentarios clx. mihi r
liquit, opiſtographos quidem, & n
nutiſſimè ſcriptos: qua ratione mu
tiplicatur hic numerus. Referebat i
ſe, potuiſſe ſe, cùm procuraret in H
ſpania, vendere hos commentari
Largio Licinio CCCC. millibus n
mûm: & tunc aliquanto pauciores
rant. Nónne videtur tibi recordar
ti, quantum legerit, quantum ſcripſ
rit, nec in officijs vllis, nec in amicit
principum fuiſſe? Rurſus cum audi
quid ſtudijs laboris impenderit, ne
ſcripſiſſe ſatis, nec legiſſe? Quid eſ
enim quod non aut illæ occupatio
nes impedire, aut hæc inſtantia
non poſſit efficere? Itaque ſoleo ri
dere, cum me quidem, STVDIOSVM
vocant, qui, ſi comparer illi, ſum
deſidioſiſſimus: Ego autem, tan
tum, quem partim publica, par
tim amicorum officia diſtingunt.
Quis ex iſtis, pui totâ vitâ litteri

Quis hoc tempore ſtudioſorum.

aſſi

ſident, collatus illi, non quaſi ſom-
) & inertię deditus erubeſcat.

IV. Verba húcuſque Minoris tibi
inij, induſtriam Maioris EVROPÆE,
citaui: vt, ſi MICHAELIS fortaſſe
ſtri labores, in culinâ, aut ſentinâ
mis ſordidi videantur, amplectaris
inianos, hoc eſt liberales atque in-
nuos. Ideóq; te ego poſtremis hîc
uſdem amœniſſimi Scriptoris ver-
s non defraudo. Extendi epiſtolam,
iamuis hoc ſolum: quod require-
s, ſcribere deſtinâſſem, quos ſcili-
t, libros reliquiſſet. Confido tamen
ec quoque tibi non minus grata,
iam ipſos libros futura quæ te non
ntum ad legendos eos, verum et-
m ad ſimile aliquid elaborandum
ſſunt æmulationis ſtimulis excita-
e.

Hac Minor de Maiore.

INDVS.

CAP. XIX.

Dies, quos relaxandis cor-
poribus atque animis alij
mmunt MICHAEL labori de-
dit.

Quomodo dies Vacationum traduxerit.

dit. Cum omnibus ibat; n
tamen quod omnes facieb
Quamuis enim ludentib
socijs non facilè abesset, p
rúmque tamen, aut acu, a
calamo, aut scalpello, aut m
nu aliquid moliebatur, qu
pietati inseruiret. A latere
Præfecti vix vnquam discess
quæstiunculis eum, de D
rebúsque diuinis assiduè sol
citando, consulendóq;. Qu
& ipse non rarò, ad custodi
domi volebat relinqui: nc
quod naturâ Timon aliqu
aut Μισάνθρωπος foret; sed
duntaxat fine ac animo; vt a
communi se priuaret oblect
mento, aut lectitaret aliqui
scriptitarétue, quod diui
Numinis cultum, VIRGIN
Deiparę honorem, hominu
sal

lutem promoueret: videli-
et Modum examinandi con-
ientiam, Litaneuticas, pre-
es, Diuorum res geſtas, aliáq;
uiuſmodi: quæ non minori
um voluptate domi exercu-
quàm æquales ſui qui foris,
er prata, campóſque diſcur-
ndo vires animi, corporíſq;
npigrè reſtaurarent.

EVROPÆVS.

I.

NOn minoris artis eſſe noueris, AEOLESCENS bone, *otiari*, quã *orare*; ſi rectè fiat. Neque enim eò ectant otia Litteraria, quæ Latinis die *Vacationes*, à veteri militum nſuetudine appellantur, vt STV- osi, totis menſibus, aut diebus ni agant: ſed vt variatâ aliquantiſper diorum ratione vegetiores alacri- éſq; ad interruptos labores reuer- ntur. Quî ergo, inquis dies à Muſis

Rectè otiari poſſe, nõ minoris eſt artis, quã laborare.

otio

otio concessos, cum fructu trans
Præcepta, animum honestè, liberaliterque relaxandi.
INDVM Magistrum dedi : Διθαn
non exigit : cuius præcepta, si ca
istud legere, atque intelligere co
sti, hæc sunto.

I.

A turba subinde declinare.

O Quanto id suo bono, atque
latio fecisse D. Edmundum
gimus? Ibat fortè puer ad Oxonia
per amœna pratorum; seséque à S
dalium puerilibus magis animo co
ligendo subduxerat. Ecce tibi IES
Cant. 5. Christus in puerili forma, CANDID
& RVBICVNDVS, qualem describi
sponsa ei se spectandum offert, sic a
Præcept. I. locutus: Salue dilecte mi. Attonitu
Exemplo S. Edmūdi Trulos fugere. ad hanc vocem Edmundum treme
témq; rursus compellat: nullámne
haberet notitiam? neganti, neq; se i
notum affirmanti; Et quinā, inquit,
eri potest, vt tā ego tibi ignotus sin
cù

ùm in Scholis ad latus tibi assideam, : perennis tibi vbiuis terrarum co- es præsto sim. Oculos in faciem eam conijce, & quod scriptum ibi, ge. Coniecit, legit, cælestibus signa- m litteris: IESVS NAZARENVS REX DÆORVM. Hoc, inquit diuinus PV- ʀ, est nomen meum; quod tu ani- o, frontíque tuæ imprimes: cuius æsidio tu, (& quotquot idem fece- nt,) aduersus mortem repentinam maberis. Quibus dictis, abijt ex Ed- undi oculis IESVS, non ex pectore; quo suauitatis plurimum reliquit.

Surius 16. Nouemb.

II.

Res sacras seriò, non ioco inter æquales tractare.

Præceptum. II. Res sacras tractare.

ʙOni, nescio, quid ominis habere soleat præcox Puerorum Pietas: enter adire Templa: amare, & ve- rari Diuorum Imagines, sacrificio le assistere; sacrum religiosumúe tare velle habitum: pias Sacerdo- ceremonias cum voluptate, &

mo-

modeſtiâ imitari. Admirandus ſa
non perinde imitandus ille Ludus
quem luſit Athanaſius cum Pu
Alexandrinis qui talis fuit, vt ex
Alexander Epiſcopus, coniectura
aſſecutus, qualem in perfectâ ætat
Athanaſium Chriſtiana reſp. eſſe
habitura. Tempore quo Alexandr
ciues, Petri Martyris feſtum diem,
vrbe agebant ; pueri in littus ma
ſeceſſerant, vt ludum exercerent. C
uenit autem inter illos, vt rerum,
ceremoniarum, quæ in Eccleſia fiu
imitatio pro ludo eis eſſet. At ve
cum Alexander Epiſcopus, è lo
mari vicino quæ fierent ; proſpic
rent, myſteria noſtræ fidei, & augu
quædam arcana tractari videt, q
non modo pueris, ſed etiam viris e
debent inacceſſa. Quapropter irâ a
cenſus pueros omnes comprehen
iubet, & ad ſe vinctos pertrahi. Q
poſteaquam adfuerunt, de ludo in
terrogati ſunt : illi, (vt ſunt ingenia
puerorum) principio negant, pœn
& ſupplicium formidãtes : ſed paul
poſ

Ex Ruffino Bonifacius lib. 2. Inſtit. pueri.

Ludus puerorũ Alexandrinorũ.

oſt , cùm ſe iam ex timore collegiſ-
ent, rem vt acciderat , explanârunt.
)icunt ab Athanaſio , qui Epiſcopũ
gerat, infideles quoſdam pueros, nil
ontradicentes ſacro baptiſmate lo-
os fuiſſe. Tum Alexander, perquire-
: cœpit diligenter, quo ritu luſtrale
acramentum fictus ille præſul ad-
iniſtraſſet: quæ conferentis, & quæ
:cipientium verba fuiſſent. Verum
ìm intelligeret, Eccleſiaſticam for-
ulam in nullo eſſe prætermiſſam, re
ius cum Sacerdotibus cõmunicatâ,
nſuit ad primæ gratiæ expiationiſ-
ıe vberrimum illum fontem ablu-
s ſemel pueros redire non debere:
tiatis tamen , quæ ſoli Sacerdotes
ntingere poſſunt , addenda eſſe,
plendáque conſtituit. Pueros au-
n , & præſertim Athanaſium tanti
imauit Alexander, vt eorum in lit-
is inſtitutionem parentibus valde
nmendauerit. Nemo ergo poſt-
: rebus etiam arduis & difficilibus
:ritiam dicat ineptam , ne ſanctiſ-
i Antiſtitis , doctiſſimorúmque

Omen ſanctitatis futura in Athanaſio

Non cõtemnendi pueri.

hominum (quales Ecclesia olim habuit) iudicio repugnare videatur.

III.

Lectitare iucundum aliquem & vtilem libellum.

Præcept. III. *Libellos legere.*

IDque vel solus, vel cum æquali socio; aut fronde super viridi considendo; aut, ad auium musicam, inter vmbrosa nemorum dispatiando. Argumenta & Libelli, ad hanc rem aptissimi non desunt inquirenti. Quid, quod ipsa nomina & inscriptiones ab Auctoribus præfixæ illos iucundæ Lectioni voluerunt inseruire! Hinc VIRIDARIA Raderus, HILARIA, Gazæus, MENSAM Tympius, BELLARIA Pontanus quædam suorum monumentorum vtili consilio inscripserunt: quæ Adolescentes pro Asinis, & impuris, nescio quibus monstris amarent, & voluerent. Delectat, suaui aliquo carmine te, tuum comitem in campos & agros animi honestè relaxandi causa inuitari? hunc,

Libri POETICI *legendi.*

hunc, vel similem aliquem Poëtam è
sinu prome, & occine:

Vmbræ frigidulæ, arborum susurri,
Antra roscida, discolore pictâ
Tellus gramine, fontium loquaces
Lymphæ, garrulæ aues, amica Musis
Otia: ô mihi si volare vestrum
In sinum superi annuant benigni!
Si dulci liceat frui recessu!
Nunc somnum virides sequi per
vmbras,
Nunc, mulgere manu meas capellas
Lacteóque liquore membra sicca
Irrigare per æstum, & æstuosis
Curis dicere plurimam salutem:
O quæ tunc mihi vita! quam beata!
Quam vitæ similis foret Deorum!
At vos, ô Heliconiæ puellæ,
Queis fontes & amœna rura cordi,
Si carâ mihi luce cariores
Estis, iam miserescite obsecrantis,
Méque vrbis strepitu tumultuosæ,
Ereptum in placido locate Agello.

Hendecasyllabo. Antonius Flamminius, ad campos se inuitat.

pectare etiam placet, liberalem &
agno viro dignum ludum? Grauis
n est Libellus; manu propemodũ

conditur, nedum ſacculo, aut perâ qui B. Ioannem Euangeliſtam, poſ grauiora negotia cum perdice cicur oblectantem ſe canit.

Ex Caſſian. Gazag.

B. Ioannes Euãgeliſta cũ perdice animum relaxat.

Quod agere diu vis, id aliquando non agas.

Eneruis animus, reptat in negotia,
Niſi, à Sodale fulciatur Otio
Intérque danda ſunt iocoſa ſeriys,
Sed honeſta, ſed decora: Multo eſt optima
Intercapedo, quâ laborem poſt quies
Et poſt quietem fit reciprocus labor.
Id ore clarum, id opere feſtiuum dedit
Euangeliſta, pectoris promus ſacri,
Cui totus innatârat accubuus DEO.
Dum regeret Epheſon præſul, alita hinc domi
Cicur, à tenellis vnguibus perdix fuit,
Vbi ſe negotiys explicârat grandibus,
Leniter adulans euocatæ, nunc cibos,
Nunc ille potum porrigebat aliti,
Tergique leniebat æquor plumeum.
Si ſomnus olli adreperet, caldo in ſinu
Sinebat indormire pacatiſſimam.

Haud

Hand ita puerulì; passerē hi si quem manu
Regunt magistrâ, nunc pedunculos premunt,
Nunc ora; digitis nunc bifurcis impetunt:
Contrahere sese passer, & ventrem tumens
Verti, reuerti, nilq; ferre inuitius
Quàm si vel vngue tetigeris caudam leui;
Tum námq; lauro bilosior proca
Iras acuere pertinaces, & graui
Ferire rostro lancinantis indicem.
Alumna perdix, cum suo secus est Hero,
Blandum ille mulcet, ipsa mulceri sinit;
Et si qua collo pluma deliret, suâ
Perdicis altor hanc reconcinnat volâ.
Nil tolerat ales gratius, quam lubrico
Si lenis affricetur vnguis gutturi,
Et modò sinistram, modò vicißim dexteram
Resupinat aurem, quò Magister hic scabens
Abigat molestam, si qua sit pruriginem.

Fors ergo de volucre Ioannes bonâ
Meridianas exigebat ferias,
Quando leniendus quispiam è silua re-
cens
Venator astat, fœdus etiam tum luto;
Spinosus illi ramus ora pinxerat
Vibice multâ; pendulus tergo lepus,
Et pharetra lateri est, gestat arcum
dextera,
Cui iam remissis cornibus neruus velu
Dormire iussus, liber à crenis fuit.
Erat ille dudum Zebedeidem Patrem
Auidus tueri, & si liceret, alloqui.
Videt ergo, quod videre non adeò
iuuat,
Fedúmq; ringens instar iratæ suis.
Quid video? mox inclamat. Id famæ
virum!
Id sanctitatis! cum volucre! venimus
Illius ergo? tam facilè perit Seni,
Seniq; tanto non reuersurus dies!
Neq; pluris ille Tempus aureum facit.
Compesce, fili, verba, Ioannes ait:
Dic age; solutum dextra cur arcum
geris?
Cur, inquit ille. Luna si iugis foret
Mina

Minacis arcus, perbreui neruus suo
Neruo careret, & vigoris impetu
Egenus iret: nec sagittam mittere,
Nec quò libido est, destinare fas foret.
Hic Diuus illum caßibus stringit suis.
Et vnde tanta nunc tibi miratio est?
Quòd feriantem videris senem, cui
Post alta rerum & grauia curarum, foris,
Domíque gesta, mens habet torpescere,
Nisi requietis in sinu, vires nouas
Haurire liceat; vtq; cernis, haurio.
Si te volente detur aliquando otium
Quiésque fessis arcubus, quidni otium
Quiésque feßis artubus detur sua?
Hæc senior: Arcu ritè doctus, è suo
Venator abijt ad suos. Ita res habet,
Neruo rigoris irremißi torpidus
Lentescit animus; hinc per auras ludere,
Et apertus ire gestit; vt catuli solent,
Vertiginosum qui volutârunt veru,
Seu carnis assæ, seu volucrium ferax,
Diu rotantes, & rotati: liberas
Iam nacti habenas, & patens pomæriũ,

Lætâ per herba saltitatiunculâ
Nouos resorbent spiritus, mentem no-
uam,
Quod semper audes agere, semper non
ages.

Auiculæ ludicrum spectâsti; fortassi
cantum malis audire. Proludat Fami-
anus aliquis Claudiana Chely, Fidi-
cen Citharam tangat; certet Mone-
dula: quid hac voluptate magis volu-
ptuosum? magis ingenuum, & libera-
le?

Fam. strada lib. 2. prol. 6.

Iam sol à medio pronus deflexerat orbe
Mitius è radiis vibrans crinalibus ig-
nem,
Cùm Fidicen propter Tiberina fluenta
sonanti
Lenibat plectro curas, æstúmq; leuabat
Ilice defensus nigrâ, scenáq; virenti.
Audiit hunc hospes siluæ Philomela pro-
pinquæ,
Musa loci, nemoris Siren, innoxia Si-
ren.
Et propè succedens stetit abdita frondi-
bus, altè
Accipiens sonitum, secúmq; remurmu-
rat, & quos

Ille

lle modos variat digitis hæc gutture reddit.
Sensit se Fidicen Philomela imitante referri,
t placuit ludum volucri dare, Plenius ergo
xplorat citharam, tentamentúmque futuræ
ræbeat vt pugnæ, percurrit protinus omnes
npulsu pernice fides. Nec segnius illa
Mille per excurrens variæ discrimina vocis,
enturi specimen præfert argutula cantus.
unc Fidicen per fila mouens trepidantia dextram,
Nunc contemnenti similis diuerberat vngue,
Depectitq; pari chordas & simplice ductu;
Nunc carptim replicat, digitisque micantibus vrget
ila minutatim, celeriq; repecutit ictu.
Mox silet. Illa modis totidem respondet, & artem

Philomela, cum Citharædo certamen.

Arte refert. Nunc ceu rudis, aut i
certa canendi
Proijcit in longum, nullóque plicat
flexu
Carmen init, simili serie iugiq; tenore,
Prabet iter liquidum labenti è pecto
voci.
Nunc cæsim variat modulisque canor
minutis
Delibrat vocem tremulóq; reciproc
ore.
Miratur Fidicen paruis è faucibu
ire
Tam varium, tam dulce melos: maio
ráq; tentans
Alternat mirâ arte fides: dum torque
acutas,
Inciditq; graues, operoso verbere pulsat
Permiscétque simul certantia rauca
sonoris,
Ceu resides in bella viros clangore la-
cessat.
Hoc etiam Philomela canit, dúmq; ore
liquenti
Vibrat acuta sonum, modulisq; inter-
plicat æquis;

Ex

Ex inopinato grauis intonat, & leue murmur
Turbinat introrsus, alternantique sonore
Clarat, & infuscat, ceu Martia classica pulset.
Scilicet erubuit Fidicen iráq; calēte
Aut non hoc, inquit referes Cithari- stria silua,
Aut fracta cedam citharâ. Nec plura locutus,
Non imitabilibus plectrum concentibus vrget.
Iámque manu per fila volat, simul hos simul illos
Explorat numeros, chordáque laborat in omni,
Et strepit, & tinnit, crescitq; superbius, & se
Multiplicat relegens, plenóq; choreumate plaudit.
Tum stetit expectans, si quid paret æmula contra
Illa autem, quamquam vox dudum exercita fauces
Asperat, impatiens vinci, simul aduocat omnes

 Ne

Nequidquam vires. nam dum discr[illegible]
mina tanta
Reddere tot fidium, natiuâ & simpli[illegible]
tentat
Voce, canaliculisq; imitari grandia
paruis;
Impar magnanimis ausis, impárq; d[illegible]
lori
Deficit, & vitam summo in certami[illegible]
linquens,
Victoris cadit in Plectrum, par na[illegible]
sepulcrum.
Usque adeò, & tenues animas fert am[illegible]
la Virtus.

HISTORICI *legendi.*

A Poëtis ad Historicos transire libe[illegible] indéque honestam animo à serijs d[illegible] gresso voluptatem rerum nouarum inuestigatione mutuari? Deum im[illegible] mortalem, quantus hîc est campu[illegible] EVROPÆE? siue in veteris, siue nou[illegible] historiæ pratis amœnissimis spatia[illegible] atq; oblectare te per otium velis! V[illegible] sta nimis Silua Liuiana est? Flori Flo[illegible] retum intra: Turselini Epitomen ca[illegible] pe. Iulius Cæsar, C. Salustius, Cor[illegible] Nepos, Q. Curtius, vterque Pliniu[illegible] tr[illegible]

trecenti alij ducent te per omnia terrarum maríſque ſpatia in omnes retro annos: quorum tu beneficio (ni neuis) animi gratiâ quam familiariſſimè ſermocinari poteris cum antiquo illo Euandro, Ænea, Romulo: cum Cyro, Solone, Themiſtocle, cum Alexandro, Pyrrho, Hannibale; cum maximis orbis terrarum Monarchis Imperatoribus, Heroibus; quorum familiaritate vti cui licet, næ ille iucundam, honeſtámque vitam agit. Superſedeo exemplis, quia pleni ſunt libri. Ne tamen hîc nihil de Hiſtoria, ex recenti aliquid delibo: quando hoc maximè duci te ſuſpicor EVROPÆE. Viuimus hodie, inter media bella: nono iam anno in armis eſt Germania; tot illuſtribus claro victorijs Imperatore noſtro Auguſtiſſimo FERDINANDO II. quot, neſcio an vllus vnquam ſiue in Græcâ, ſiue Romanâ Hiſtoriâ Imperatorum, tam continuas, tam memorabiles ab vllis gentibus reportârit. Noti ſunt hoſtes: non obſcura cauſa belli eſt; ſimil-

CAROLI V. *tempora in* FERDINANDO II. *renouata.*

lima videlicet illi, quæ ante anno iam centum ferè Smalcaldici fœderis duces, aduersus Carolum V. in campum produxit. Rem ipsam, vniuersiq; belli seriem Auila, prolixè, diligenter, disertéque persequitur: ego ex Florimundo Breuiarium tibi exhibeo. Sit, qui longius hîc à proposito me discedere existimet: ego in eo argumento, quod animum relaxare docet, nihil nimis remotum, nimis seiunctum à proposito aut longum puto: dummodo reipsa præstes, quod docet. Iam satis constat, Martinum Lutherum excucullatum Monachũ, & tam ab Imperatore, quàm Ecclesiæ Catholicæ vniuersæ iudicio damnatum & proscriptum Hæresiarchã, ingentium bellorum, sectarum & miseriarum facem Germaniæ, imò Europæ vniuersæ intulisse. Iam rustici aduersus magistratus rebelles, duce Scaplero Luthérano, obuia quæque Monasteria, arces, domos diripuerãt, igni, ferro, cædibus vastârãt: tantâ vsi rabie, vt in sola Franconia, vltra tre-

BELLVM Smacaldicum seu Germanicũ.

Eius et aliarum turbarum causa Lutherus

cen-

centa Cœnobia & Arces incendeñit, & deuaſtârũt: donec à Nobilitate intercepti infelices homines, adeò cruento prælio victi ſunt, vt eorũ ad ducenta ferè millia varijs cladibus absũpta eſſe ferantur. Iã Zvvinglius quoq; Lutheri abortus, cũ ſuis Heluetijs in campum, & prçliũ egreſſus ceciderat, terrámq; mordẽs, à neſcio quo milite semianimẽ ſpectante illud vernaculũ audierat, Vſi/wittbichtẽ? Iã Comitia, & inter Lutheranos & Catholicos vana varijs in vrbib⁹ Imperij colloquia nequicquã ſçpius habita: iam in ſuum aduerſarij fçdus pertraxerant, Argentoratũ, Norimbergã, Conſtantiã, Vlmã, Magdeburgũ, & alias viginti quatuor vrbes; quarũ exemplum deinde plures ſecutæ ſunt: q omnes à *proteſtatione* & fçdere, quod Spiræ primũ natum, deinde Smalcaldi formatũ fuit, nomẽ ſortiti ſunt *Proteſtãtes;* q has quinque litteras V.D.M.I.Æ. *Verbũ, Domini, Manet, In, Æternum,* ſuæ rebellionis teſſerã Phrygio opere, etiam pediſſequorũ & ſtabulariorũ mãicis intextas

Bellum Ruſticorum,

Bellum Heluetiũ ſeu Zvvinglianum.

Vrbes Imperiales à Cæſare deficiunt.

oſten-

ostentabant. Iam ex conuentu, de quo dixi, Smalcaldico variæ ad Europæ Principes Epistolæ auolauerant & fæderi eidem Christianus, qui armis Daniæ regnum occupauerat, eti subscripserat: in idem receptus fuera Dux Wirtenbergicus, contra Norimbergensis conuentus decretum. Illi quidem vt regnum suum stabiliret nulla expeditior ratio visa est, quã i religionem mutaret: quod & fecit Lutherani Rabulæ manibus coronatus: & Henricus, Angliæ Rex, quamuis à Protestantium fœdere diu alienus esset; ad multa tamen Pontificis & Cæsaris odio, posthabitâ, quam Deo debebat, obedientiâ, consense rat & res eorum non parum promo uerat; donec & ipse demum fractu fæderatis se coniunxit. Itaque pos hæc infelicium temporum proludia inimicitiarum scintillæ, quæ sub cineribus hactenus latuerant, in apertum denique Europæ incẽdium eru perunt. Ac primum Saxoniæ Dux, & Landtgrauius Hassiæ, Henricum Du

Rex Daniæ fæderi se adiungit. Itẽ VVirtenbergicus.

Daniæ Rex à prædicãte coronatus.

cen

em Brunſuicenſem omni ditione expellunt: Hermanno Colonienſi rchiepiſcopo ſub idem ferè tempus er Bucerum Lutheranum Buccinaorem ad defectionem ſollicitato & erducto. Quæ rebellium factiones urcarum interea Imperatorem Somannum excitârunt; & rebus ſuis uigilare docuerunt. Neque negari ud poteſt, diſſidia à Luthero excita (quem hoc ipſo nomine Solyannus videre percupiebat) Turcam res multum promouiſſe, qui eſmodi occaſionibus vti non neglerant. Et quemadmodum Romaim Imperium nihil magis ad ſumam illam, ſuper cæteras gentes maitudinem, quàm domeſticæ earum litiones euexit: ſic Othomannicum perium, ad eam, quàm nunc videis, & timemus potentiã, per Schiſi hoc, & diſſidium religionis præuè gradum ſibi fecit: Hæreticis oia auxilia aduerſus Turcam, præiáque, niſi Imperator & Pontifex pia eorum poſtulata facerent per-

Henricus Brunſuicenſis à Saxona & Landgrauio ditione priuatus

Turca ſe mouet.

ne-

negantibus, Sic post Rhodum eo t
pore, quo Lutherus Germaniã turb
re cæperat, Christianis ereptã, mari
mum propugnaculum, alterũ quo
terrestre, florentissimũ nempe Hu
gariæ regnũ, periclitari statim cœp
adeóq; breui, hostis omniũ im̃anis
mi prædæ & libidini fuit relictũ: siq
dem Christianis principibus inter
de noua Lutheri doctrinâ dimicant
bus Turcæ non solum vltra centun
quinquaginta Christianorum milli
partim ferro trucidarunt, partim i
morte priorẽ seruitutem abduxerũ
verum etiã Budam, Belgradum, Al
Iuliam, & alias opulẽtissimas quon
vrbes in suam redegerũt potestaten
Nimirum tum quoq;, quando Vie
à Trecentis Turcarũ millibus obsess
nõ Germania tantum sed & vniuer
Europa in extremo versabatur pe
culo, Protestantes otiosi, tantarũ c
lamitatum Germaniæ, velut extren
aleam tum iaciẽtis spectatores fuẽr
Quod si ea vrbs à Turcis expugna
fuisset, nihil sanè erat, quod illis o
sta

Vrbes Christianorum à Turca capta.

Vienna à Turcis obsessa.

ret,quo minus ad Rhenum vſq; fi-
s ſuos proferrent,& ferro,flammâ-
e omnia popularentur. Poſteaquã
tur,tam orientis,quam occidenta-
Eccleſia Monachũ illum, qui pri-
ĩ clauſtris monaſterij ſui perruptis,
nni proculcatâ ſubiectione & obe-
entiâ,ad pileum quaſi omnes voca-
; qui Catholicæ Eccleſiæ antiqui-
i ſuperbiſſimè illuſerat, qui tot ſe-
iones,tot bella excitauerat,& alu-
it, nouam denique religionem, &
uum quaſi Deum Mundo inuexe-
,tandem ſine vllo miſſionis ſuæ te-
nonio mortuũ, poſt lautiora po-
la, malíſq; Avibvs, Wittenbergã
nslatum,ſepultúmq; vidit:non id-
co in priſtinã ſe libertatẽ, pacémq;
titutũ credidit.Neq; enim de nihi-
videbantur eſſe prodigia illa, quæ
Lutheri tempora paſſim euenêre:
tres in cœlo ſoles,totidémq; Lunæ
â viſæ: parelia, quæ nitore ſolem
pemodum antecellebat; plurimæ
clipſes; ad Bockelhemiũ Hildeſiæ
pidũ è terrâ copioſi ſanguinis riuus
pro-

Anno CIƆ. IƆ XXXXVI. *Mors & ſepultura Lutheri.*

Prodigia quæ Germaniæ calamitates portendebăt

profluens; & non procul à Mersbu-
go magna palus in cruorem versa
itémque aristæ sanguinem guttatim
exstillantes; & paulò ante Mauri-
Saxonis cum Alberto Brandebur-
co conflictum, cœlum sanguine pl-
ens. Quæ certè monstra, quidqu-
portenderent, & antecesserant, ia-
& sequebantur portentis istis no-
absona tempora. Imperator Carolu-
DEI causam, pacémque Germani-
Imperiíque Romani incolumitate
& salutem spectabat: Protestantes L-
theri dogmata, conuentúsque Sma-
caldici decreta sibi propugnanda, t-
endáque arbitrabantur; alijs eoru-
factioni in dies augescenti, sese a-
iungentibus, vt de hostibus sese vi-
dicarent; alijs vti in prædæ, quam
bonis Ecclesiasticorum sperabant
Societatem venirent. Nec tamen d-
erant, qui in tantâ rerum omnium
perturbatione, cum veterem Rel-
gionem, & maiorum sacra, tum obs-
quium aduersus sumum Imperij c-
put conseruare annitebantur. Mu-

etia

am, tam vindicandi ſe, quàm creſ-
ndi ſtudio (vt in ciuilibus diſſenſio-
ous fieri ſolet) ab vnâ parte repulſi,
alteram ſeſe adiungebant: adeò, vt
quiſquam eſſet, qui non alterutri,
Catholicorum vel Proteſtantium
leri eſſet adſcriptus: validior ta-
n hoſtium erat factio. Nonnulli
caſioni, vel tempori velificaban-
quos à maleficio Imperatoris co-
bat præſentia. Aliqui etiam,
muis religionis Catholicæ obſer-
tiſſimi, non tamen, quo par erat,
am defendendam ardore incum-
ant: cui hominum generi Solonis
s, infamiam inurendam ſtatuunt;
ilicet, qui in bello ciuili, neutri ſe
i adiungunt. Quorum ſiue timi-
, ſiue officij obliuio & neglectus,
ni Imperatoris conatus plurimū
dabat. Quamuis è cōtrario, qui-
è Proteſtantium numero, apertè
rianarum partium ſe ferrent: vt
rtus, & Ioannes Brandeburgici,
itius & Auguſtus fratres, Duces
niæ, & alij: qui Auguſtanæ qui-

Partes Cæſaris ſecuti.

Solonis Lex.

dem

dem erant Confeſſionis, ſed à Sm
caldico fœdere alieni. Etſi verò Im
rator, tanquã benigniſſimus Princ
initio nihil intermitteret, vt eor
quos alieniores à ſe eſſe animadu
tebat, animos ſibi reconciliaret; in
rim tamen ceu prudens militiæ D
ad bellum omnia diligenter præpa
bat, vt qui pacem ferre non poſſe
bello eos perſequeretur, & ad offi
reduceret, non ignorans, præcipit
morbis, præcipitia adhibenda eſſe
media. Sed & facilè intelligebat, G
manos naturâ feroces, nouâ inſu
iã Lutheri religione imbutos, ſine
domari non poſſe. Præter alias igi
copias, quas in parato tũ habebat,
ſpanos in Hungariâ militantes, d
Aluaro Sandæo, euocauit, à Turci
Chriſtianos, à quibus aliter tutus
nõ poterat, arma transferre coact
itémq; Neapolitanos, & quos in In
bria habebat legiones: nouo inſu
exercitu varijs ductoribus, cõſcrip
Nec ſegnius ad bellũ ſeſe Proteſtã
parabant, rati facilè ſe Cæſarẽ è G

Cur Cæſar bello agere voluerit.

ıania profligaturos:interim deCęsa- s bellũ in se parantis conatibus gra- ter conquesti ; officiáq; se facturos olliciti, clã nihil nisi rebellionẽ spi- bant.Magna pars GermaniæFæderi otestantiũ nomẽ dederat: exceptis ıiariæ & Cliuiæ Ducibus; nec nõ ijs gionibus, quæ Ferdinando Roma- rũ Regi parebant;vt & paucis qui- sdam Imperij ciuitatibus. Etsi verò ıgliæ Rex, eidẽ fęderi nomen dede- ab Imperatore tamẽ persuasus, fæ- s rescidit, & promissa auxilia nega- . Cromuelus, nihilominus, q vnus nia tum ferè poterat, etiã Rege nõ ntiente, eius nomine subscripsit, â de re Imperator apud Regem stus, effecit, vt publicè de Cromu- sumptum sit supplicium, non sine ıifesto diuinæ vltionis exemplo: d hic potissimus omniũ malorum miserum illud regnũ pessum de- ınt auctor fuerit. Cæterũ vniuer- roteſtantium copiæ in Ioannis erici Saxoniæ Ducis, & Philippi iæ Landgrauij, à socijs, ad id us electorum, fidem adstrictæ

Protestãtes Cæsarem è Germania expellere sperant.

Supplicium à Cromuelo sumptũ.

& auctoratæ sunt: Pontifici, Satha
Vicario, & Diaboli mancipio, & I
peratori suo bellum facturæ. His
nim, Christiano scilicet dignis verb
eum qui exercitum Principum no
ne allocutus est, vsum Sleidanus
statur. Nec mora. Ad Galliæ & A
gliæ reges, vt & Ducem ac Senatu
Venetum scribunt, & auxilia petu
Heluetios quoque pars vtraque, su
rum partium facere studebat; è q
bus (in factiones enim scissi, & ipsi
rant) Catholici Imperatori auxili
promiserunt; Zvvingliani verò, e
ex fædere, quod cum domo Austri
câ eis intercedit, auxilia debebant
responsum tamen distulerunt. Sic e
go Hæresis, sub explicatis signis (n
que suis quidem Principibus Palat
no, Mauritio & Ioanne Brandebu
gicis pacem suadentibus obsecuta)
procinctu stabat, Saxone & Lan
grauio Ductoribus: quorum hic o
plurimas, ac validissimas fæderi a
iunctas ciuitates, tantum animo t
morem concepit, vt paucis se dieb
In

Protestãtes auxilia ab exteris petunt.

Saxo Elector, & Landgrauius Hassiæ Protestãtium duces.

nperatorem in Triumphum ductu-
ım, Episcopos omnes exterminatu-
ım, bona Ecclesiasticorum pro suo
bitu distributurum, & hac de alie-
o liberalitate, plerámque Germaniæ
obilitatem sibi obnoxiam facturũ
eraret. Quo verò, factionis suæ ro-
ır ostentarent, ac simul palam face-
nt, quanta molirentur, & quam
rui Imperatorem facerent, non E-
ltolâ tantum bellum ei indixerunt,
l & Imperatoris eum titulo digna-
ıon sunt. Saxo quidem, Carolum
ındauensem appellandum censuit:
us Landgrauius, qui nomen Im-
ratoris inane ipsi inuidendum non
ebat: donec media quadam viâ in-
illos repertâ, appellatus est, velut
qui se pro Cæsare gerat: Landgra-
interim fæderatis sæpe promittē-
ntra trimestre se Carolum Impe-
orem, aut captiuum eis stiturum
Germaniâ expulsurum. Decreto
que bello Protestantes copias suas,
quibus vltra sexaginta peditum
lia, & decem equitum fuerant,

Carolo titulum Cæsaris negant.

L vnâ

Educunt copias Protestā. tes. vnâ cum centum tormentis maio
bus, ad Danubium collectas educu
tantis viribus mirũ in modũ feroc
deinde ad Imperatorẽ in castra pro
Landishutum in Boica oppidum, q
vix decem armatorum millia apud
Inducũt Cæsari per feciales bellum. habebat, Adolescentem Nobilem,
Tubicinẽ ex more Germanorũ, m
tunt, qui Epistolam quà bellũ Cæs
indicebatur, perferrent. At Imper
tor conspectum eorum auersatus, n
modò Epistolam non accepit, sed
per Albanum, in cuius Tentoriũ pe
ducti illi fuerant, nunciari eis iussit;
Cæsaris generositas. quis in posterum, ab illis ad se venia
fore, vt loco muneris, & torquis au
rei, laqueum ab se ferat. Non mult
ante Cæsar Saxonem & Landgraui
proscripserat, eorũ bonis fisco addi
ctis: quòd Ecclesiastica bona inuolâs
Saxo & Lãdgrauius proscripti. sent; quòd omnes terræ Principes, a
deóq; Turcã ipsum ad bellũ sibi faci
endũ sollicitâssent: quę proscriptioni
Formula feciali pro responso ad Pro
testantes perferẽda data fuit. Erant i
eorũ castris Ioañes Ernestus Electori
Saxoniæ frater, Ioañes Fridericus Ele

ſtoris filius. Philippus Dux Brunſuicē-
is, cū quatuor eiuſdē familiæ Princi-
ibus, Dux Luneburgenſis, Princeps
nhaltinus, & decem, aut duodecim
irciter Comites Germani. Et quãuis
nperator ad tantam vim ſuſtinendã,
arum validis copijs inſtructus eſſet,
os nihilominus, quos circa ſe habe-
at, eduxit, rectâ cõtra hoſtē progreſ-
s, cõſilio, vt ſæpius ex ipſo Auila au-
iſſe ſe, ſcribit, aut vincēdi, aut in Ger-
ania moriēdi; certâ interim fiduciâ,
uinum ſibi auxilium, in tam piâ, &
ſtâ causâ, ſibi nequaquam defutu-
m. Omnium igitur animis, in exitũ
ius periculoſi, & ancipitis belli, à
o pleriq; tam ſalutē, quàm exitium
hriſtianæ Reip. depēdere exiſtima-
nt, intentis, varia hominũ iudicia,
ta & ſermones circumferebantur;
out quēq; amor vel odiũ, huius aut
us partis ſtimulabat. Pudor ſanè e-
, ſpectare tũ Lybiæ & Scythiæ po-
los auxilia Imperatori Chriſtiano
erētes (nã & tres Tartarorũ Duces,
Boriſthenē fluuiũ habitãtes ad Cę-

Cæſar in Germania aut mori aut vincere cupit.

Auxilia Cæſari Scythæ & Tartari offerunt.

Magno animo recusat.

ſarem ipſum profecti, quatuor equi
tum millia, & Rex Tunetanus tot
dem Arabum ei auxilio promiſeran
quibus tamen ille, vti noluit) pud
inquam erat, tam remotos & à rel
gione & orbe Chriſtiano videre pc
pulos, auxilia Imperatori vltra ſpor
dentes, & interim Chriſtianos, con
plicatis manibus in ocio ſedente
quam ipſam poſtea ſocordiam, vul
gatâ inter ſuos, tot Hæreſeon peſti
lentiâ videntur fuiſſe. Summus qui
dem Pontifex officio non defuit; ſun
miſſis peditum millibus decem, &
Equitibus leuis armaturæ quingen
tis; quibus & Octauianum Farneſi
um nepotem ſuum præfecit, cui mi
litabant magni nominis Duces è Vi
telliorum, Sabellorum, Vrſinorum
Palauicinorum, Petillanorum, & alij
illuſtribus familijs. Florentiæ quoqu
Dux Coſmus Medices, & Ferraria
Dux Hercules, vnâ, Equitum aliquo
turmas miſerunt. Quibus collecti
copijs Cæſar Ratiſponam, atque inde
Ingolſtadium petit, ſupremo Legato
ſibi

Pont. Max. Cæſari auxilia mittit.

bi conſtituto, Ferdinando Toleta-
o, Albæ Duce, Proteſtantium quo-
ue exercitus, numero confiſus, con-
anter progrediebatur, eo conſilio,
t Cæſarianos, veluti plagis implica-
ent, aut caſtra ipſorum tormentis, ex
ıperiore, quem præcipiebant, loco
ppugnarent. Sed errorem in princi-
io ab hoſtibus commiſſum, ſingu-
re DEI beneficium fuit. Quamuis
, & viribus & loco ſuperiores eſ-
nt, Cæſare tum ab equitatu parum
ſtructo, occaſionem tamen rei be-
e gerendæ neglexerunt. Nā ſi Land-
rauij vſi conſilio caſtra Cæſaris, ſim-
ice tantum foſsâ tumultuario ope-
munita, oppugnaſſent, Cæſarem
ocul dubio in magnas coniecturi
iſſent difficultates: qui cum eius diei
lmen, & impetum ſuſtinuiſſet, no-
e ſequenti caſtra ita communiuit,
tempeſtatem omnem multò com-
odius deinde ferre poſſet. Eo die
eſar fortiſſimi ſimul, & prudentiſ-
ni Imperatoris functus eſt officio,
m inter primos ſeſe periculis obij-

Albanus ſupremus Cæſaris Legatus.

Proteſtā-tes occa-ſionem rei bene ge enda negligūt.

 ciens,

ciens, ſuo omnes exemplo ad quáu
fortunam ſubeundam animabat. I
quis tum ſingulari Numinis fauore
defenſum fuiſſe Cæſarem neget? ci
ca quem, complures quaſi à later
bus ipſius abrepti, frequentibus hc
ſtium pilis percuſſi occiderunt: qu
rum vna cùm ante pedes equi, qu
vehebatur, concidiſſet, immota iacı
it, non ſine adſpicientium pauore. A
uila diuinâ manu retentam eam,
quaſi ligatam ſcribit: quæ ſi vel pa
lulum reſilijſſet, certiſſimum vitæ p
riculum Cæſari fuiſſet allatura. Qu
defunctus periculo, per noctem ill
& ſequens biduum diligenter mùn
tis caſtris, cùm Ingolſtadium quoq;
tergo haberet, copias, quas Com
Burenſis è Belgis adducebat, expect
re ibi ſtatuit. Eæ erant equitum, qu
tuor, & peditum decem millia. E
verò ab hoſtibus militares manu
nempe ſex peditum ſigna, & mille
ac ducenti equites, paſſim ad Rhe
ripam erant diſpoſiti, qui Comite
tranſitu prohiberent, fruſtra tamẽ h
fu

Cæſar diuinitus ſeruatus.

Burani copiæ Cæſari ad Ingolſtadium ſe coniungunt.

uit conatus. Saxo igitur, & Landgraius, postquam tormentis in castra Cæsaris frustra fulminassent, & præclarum pugnandi occasionẽ amisissent Burensi obuiam proficisci, & ne cũ Cæsare se coniungeret, prohibere decreuerunt; dissuadentibus licet nõnullis: vt qui hostẽ remotius quærendũ non esse dicerent, qui sub ipsorum oculis, atq; aspectu versaretur. Id cõcertũ Cæsari Burensi nunciari curat: qui ab itinere deflectens, periculũ facilè euitauit, & ad Ingolstadium Cæsari se coniunxit, ne vno quidem amisso. In his angustijs dũ versaretur, atq; ab hostibus vndiq; vrgeretur sũmum atq; optimũ Imperij caput, parum abfuit, quin nonnulli, depositâ, quam hactenus simulauerãt personâ, apertè Protestantibus sese coniungerent: è quorum numero in primis fuit Elector Palatinus, qui quadringentos armatos Smalcaldicis auxilio misit vespere, post acrẽ illã castrorũ Cæsarianorũ oppugnationẽ, Lãdgrauius nõ procul à loco, in quo tormẽta collo-

Vacillãt ad Ingolstadium quidam Cæsaris amici.

cata erant, cœnans, apprehenſo p
culo, Schertelino peditum ducto
Age, inquit, propinemus omnib
ijs, quibus hodie tormentorum n
ſtrorum ictus, mortem attulerunt.
Tum Schertelinus, Equidẽ ait, quà
multi hodie tormentorum noſtro
ictibus interfecti ſint, neſcio: hoc v
rò ſcio, ex ijs qui viui manſerunt, r
vnum quidem, vel vnum pedem loc
ceſſiſſe. Aucto iam nouis copijs In
peratoris exercitu, hoſtes etſi num
ro adhuc ſuperiores, caſtris tamen,
locis naturâ munitis ſe continebant
Cæſare interim, ipſis ferè inſpectanti
bus, pleráque oppida ad Danubij v
tramque ripam ſita capiente: quorun
multa audito tantum Cæſaris aduen
tu deditionem fecerunt. Erat ver
fluuius hic tam opportunus, vt qu
eum in poteſtate haberet, non mini
mum ad rei ſum̃am & plenam victo
riam momentum obtinere putare
tur. Caſtris ita vtrinque, non procu
Donauerda poſitis, Dux Albanus pe
tubicinem Landgrauio nunciat, qui
it

Lãdgrauij poculum & alreanna.

Oppida ad Danubium Cæſar capit.

a montes & colles insideat; cur non
n planitiem descendat, & prælio cõ-
endat? Landgrauius contrà, se suósque
ue quinque dierum spatio medijs in
ampis ad Ingolstadium prælium ex-
etiuisse, cur non conflixerit? se qui-
em, vbi prælio dimicandum videa-
ur, occasioni minimè defuturum.
on multò post tamen, Cæsar & Al-
anus cum paucis equitibus ad ho-
es longius speculandi causâ proue
i, in manifesto fuêre discrimine; è
io tamen diuino beneficio elapsi,
castra incolumes redierunt: Pro-
stantibus interim, & suas miserias,
vastatas passim regiones deplo-
ntibus, & ducum suorum cuncta-
onem & ignauiam detestantibus.
onflictus omnes, oppidorum oc-
pationes, & recuperationes, cæte-
q; huius belli minutatim persequi,
n est huius Libelli, & quod dare
titui, breuiarij: Auilam ipsum, Ev-
PÆE, tantum si vacat, peruolue;
reliqua compendio accipe. Smal-
dici, vbi ciuitates in contribuen-

Cæsar & Albanus summo periculo defuncti.

dis auxilijs remiſſius agere, nec co
vllam ſpem ex Gallia, Anglia, Dan
afferri, exercitúmque interim ſuun
valde minui, Cæſarianum verò, qu
tidie augeri, iámque hiemem etian
inſtare viderunt; Septemuiri Bra
deburgici interceſſione pacem tent
runt. Sed cum de conditionibus nc
cōueniretur, deductis in hiberna pr
ſidijs bellū ducere decreuerūt. Qua
noctu collectis ſarcinis diſcedunt,
denſæ nebulæ vſi beneficio, quæ ſu
auroram inciderat, in locum tutū
uadūt, Saxoniam verſus inſtituto it
nere, vt militem ibi recrearēt, & pro
pè perditis rebus remedium aliquo
quærerent. De quorum diſceſſu cùr
Cæſar cognouiſſet equites continu
emittit, qui de itinere inquirāt, deind
ipſe quoq; cū equitatu vniuerſo pro
cedit: & quamuis, Landgrauiū, & iu
niorem Saxonē eſſet aſſecutus, elab
tamen ſibi paſſus eſt; tum, quod quā
tæ hoſtium copiæ eſſent, ignoraret
tum quod & ipſe peditatu careret. It
in Sueuiam contenduntProteſtantes

In Hyberna ab hoſtibus diſceditur.

& ex

t ex itinere aliquot ciuitates oppugnatas deditione capiũt: à Francofurtensibus etiam Moguntino Archiepiscopo & Abbate Fuldensi pecuniam extorquent: paulóq; post dilabuntur, cum prius in Galliã & Angliã legationes decreuissẽt, & fœderis socios Principes ac ciuitates, de auxilijs, per internũcios appellassent. Landgrauius traditis Saxoni, quas habebas copijs, domũ reuertitur, parũ feliciter administrato bello; cuius præcipua causa fuisse putatur, quod nõ ex vnius arbitrio res gereretur. Lãdgrauius quidẽ, antequã castra Cæsar ad Ingolstadiũ fuisset, cum eius Equitatu cõflixit; nonnullis desideratis, quod eius factũ Saxo adeò moleste, & grauiter tulit, si quid eiusmodi posthac ipso face- inconsulto, discessurum, professus erit. Saxo verò, & ipse pulcherrimã occasionẽ amisit, qui Cæsare, vndiq; è, circũuento, & incluso, Landgra- opperiẽdum sibi statuerat, qui in ore non adfuit. Rursus Landgraui- Cęsaris castra, ad Ingolstadiũ malê

Diffluũt Protestãtium copia.

Lãdgrauius domum reuertitur.

Duos Duces Ganus Exercitus non fert.

adhuc munita videns , conuoca
belli Ducibus, & consiliarijs; Quoc
penes me solum, inquit, esset admir
stratio, sicut tunc erat, quando Wi
tembergicum restitui, vniuerso cu
exercitu , castra Cæsaris iam statin
sim oppugnaturus. Sic igitur, inge
ille exercitus, in quo aliquando ce
tum peditum, & equitum decem m
lia , vna cum triginta maioribus m
chinis fuisse dicuntur, sub duobus i
lis ducibus, nullâ re perfectâ, dilaps
fuit. Cæsar in castra reuersus, cùm d
em vnum , alterumúe militi reficie
do dedisset, proficisci cœpit : Bopfi
gam , Norlingam , Dingelspulum,
alio quædam oppida potestatis s
fecit : nullo quocunque ibat obieć
labore , quàm hospitia militibus d
signandi, & deditities in gratiam r
cipiendi. Interea verò temporis Fe
dinandus Romanorum Rex copi
suas ex Hungaria, Silesia, Bohemia,
Austria euocat (licet, non leue à Tu
cis, quem Saxo, internuncijs ad ter
tandum aliquid sollicitabat, ijs regi
nibu

Cæsari omnia parent.

nibus periculum imminere sciret) ad auxilium Fratri ferendum, & Saxoniam, proscripto Electore, occupandam. Sed & Mauritius, & Augustus Saxoniæ Duces, quamuis vterq; Protestantium religionis, & ille quidem, Landgrauij gener esset, Cæsari militantes plerásque per Saxoniam ciuitates in suam fidem adigebant: sic, vt Elector breui tempore omni suâ ditione spoliaretur; quod Mauritius summo se capiti obtemperare diceret: contra quem tamen ipsum Elector, cum decem peditum & quatuor Equitum millibus profectus per Thuringiam, & Misniam amissa pleráque recuperauit; Lipsiâ tantum, & Dresdâ exceptis, quæ præsidio munitæ oppugnationem sustinuerunt. Mauritius, belli sumptibus, quos Ioannes Fridericus, è communi fæderatorum ærario faciebat, de suo ferendis impar, Cæsarem de auxilijs, sollicitauit; qui equitum, peditúmque aliquot cohortes, ei misit, ductore Alberto Brandeburgico. At hic non tam

Ferdinād. dus Rex, Fratri auxiliū fert.

Mauritius Saxonem ditione exuit.

Saxo. pleraque omnia recuperat.

tam prudens, & circumſpectus Dux, quàm audax miles, à Landgrauij ſorore deceptus, dum epulis, & choreis tempus terit ab Electore, non multò poſt captus fuit. Et hoc quidē modo Saxoniæ Elector, non modo totā ferè ſuam ditionem, vt diximus, recuperauit, verū etiam Mauritiū, ſuis oppidis exuit, & inſtitutis nouis cum Bohemis conſilijs, argentifodinas quoq; in poteſtatem ſuam redegit; Huſſitarū prę-cipuè ope, qui per ſumum proditionis erga Regē ſuum ſcelus, Electoris rebus fauebant: adeò vt militē quoq; ſubmitterent: vt quos eiuſdē periculi coniungebat metus. Porrò, nihil hoc toto bello tam admirandū, & litterarū monumentis obſeruandū eſt, quā DEI in Imperatore protegendo manifeſta cura; in eodē ornādo beneuolentia. Nam, vt olim demetrio illi Poliorceti, fortuna ciuitates captiuos adduxiſſe, & velut in manus tradidiſſe dicta eſt; ſic prę̨clarę illę victorię, quas Imperator conſecutus eſt, quaſi cœlo lapſæ, omnes ipſius hoſtes, ne vno qui-

Albertus Brandeburgicus à Saxone captus.

Hußitæ Saxoni contra Cæſarem auxilia mittunt.

Admirāda Dei in Cæſare protegēdo beniltas.

quidẽ excepto, ad pedes illi⁹ proſtra-
uerũt: ſic vt qui antea nihil, niſi de Im-
peratore, vel in triumphũ ducẽdo, vel
omnib⁹ exuto armis, è Germania, in
ſtar Gregarij militis, cum baculo &
perâ profligando ſomniârant; cum ſe
ſuáq; omnia gratiæ ipſius permittere,
& cõpedibus iuncti, quacunq; victo-
rẽ ſequi coacti fuẽrint; ciuitates, quæ
portas ei ante occluſerant, muros ei
libenter, velut cum triũpho ingredi-
enti aperuerint; quíq; prius per ludi-
briũ Carolũ Gandauenſem appellâ-
rãt, PATREM iã dicere, nõ dubitârint.
Omnes ſanè, quicunq; hoc bellũ mo-
numentis litterarũ conſignarũt, ſum-
mã huic Imperatori, vel taciti, prudẽ-
tiã, clementiã, patientiã tribuunt: qui
contra viſitatũ militiæ morẽ diſſentiẽ-
tibus pleriſq; ducibus, totam hiemẽ
exercitũ ſub ſignis tenuerit; & quam-
uis grauiſſimis arthritidis affectus do-
loribus, per niues & glaciem, dextrũ
crus faſciâ obligatũ circũferens, om-
nia boni Imperatoris munia diligẽter
ipſe obiuerit; ac tũ, quando iã diſceſ-
ſu-

Carolus omnes ſuos hoſtes ad pedes iacentes vidit.

Cæſaris tres ſummæ virtutes.

Dux VVirtenbergicus primus in gratiã à Cæsare receptus.

ſurus putaretur, cum copijs quàm a hoſtem acceſſerit. Dux Wirtember gicus, poſtquam exercitum Cæſaria num non procul à finibus ſuis abeſſ intellexit, rebus ſuorum diffiſus, in Arcem naturâ inexpugnabilem ſeſ recepit: vnde miſſis ad Cęſarem lega tis, plus non impetrauit, quàm vt ſe ſuáque, Cæſari permitteret; ſupplex que factus, publicè gratiam peteret aureorum trecenta millia depende ret; tormenta ſociorum apud ſe reli cta traderet, omnibus fœderibus re nunciaret. Eodem ferè tempore Ele ctor Palatinus Fridericus, Halam ad Cæſarem profectus, culpam ſibi con donari petit, quòd Smalcaldicis ad Ingolſtadium caſtra habentibus au xilia miſiſſet. Cæſar acribus eum ver bis accipit, ignoſcit tamen. Miſerabi le pleriſque viſum, tantæ potentiæ, & auctoritatis, è Boicâ gente Principẽ, Imperatoris familiam affinitate con tingentem, videre nudatis canis, mul tis cum lachrymis, veniam à Cæſare, quàm demiſsè pętentem. Quâ Caroli

Elector Fridericus culpã deprecatur.

hu-

umanitate, plerique alij Germaniæ
'rincipes, & Ciuitates allectæ, eius se
idei, & obsequio totas permiserunt.
:x ciuitatibus Vlmenses fuêre primi,
entum aureorum millibus, & duo-
ecim tormentis multati. Post hos in
ratiam Francofurtēses recepti sunt,
epensis aureorum viginti millibus.
cribit Alcantaræ Commendator,
ùm Landgrauius illac domum è bel-
o properaret, & Senatus ab eo, quid
orro faciendum esset, quæreret il-
um respondisse; Cuilibet vulpi cau-
am suam bene custodiendam: Cat-
um quoque suis rebus non defutu-
um; sicque insoluto hoc Ænigmate,
b ipsis discessisse. Horum exemplum
ecuti Memingenses, quinquaginta
ureorum millibus multati sunt. Post
os diuersis conditionibus in gratiā
ecepti, Biberacenses, Rauenspurgij,
Campodunenses, Lindauij, Eslingen-
es, & Augustani. Ad hos Sebastianus
chertelinus, qui Protestantibus mi-
tauerat, primum, deinde, cum om-
em sibi spem veniæ præcisam ani-
mad-

Vrbes imperiales in gratiam receptæ complures.

Lādgrauij Ænigma.

Sebastianus Sthertelinus, desperatâ gratiā ad Heluetios confugit.

maduerteret, ad Heluetios profugi
Auguſtanis centum, & viginti aure
rum millia, & duodecim tormēta in
perata! Tandem etiam Argentinenſ
cum Cæſare tranſegerunt, perſolut
triginta aureorū millibus, & tradit
duodecim tormētis. Sic pleræq; om
nes Imperij ciuitates ad Cęſaris imp
riū redierunt. Saxo verò, & Landgr
uius, quos pleriq; antea, ſum̄os fæde
ris Duces agnoſcebāt, hoſtes public
ſunt denūtiati. In quo admirabilis r
rū humanarū incōſtantia & in prim
vulgi, quod ſecundā fortunam, vel
Heliotropiō ſolē ſequitur, & ad quā
uis aurā circūagitur, mutabilitas ap
paruit. Quemadmodū autē victori
multo ſanguine partæ laus magnâ e
parte militū virtuti; ſic incruentæ gl
ria, ſoli Imperatoris prudentiæ debe
tur. Carolus certè Cæſar, nullâ re, ma
iorem laudem aſſecutus eſt, quā quò
ciuitatum legatos ſupplices ad ſe ve
nientes humaniter excepit, & pleriſq
ignouit; ſic tamen vt imperata face
rent. Duo ſoli teſtabant, Saxo, & Lād
gra

Mobilitatis in vulgo ſingularē examplū.

Imperator clementiâ maximè vicit.

rauius:& hic quidē vt erat magno&
eroci animo, quamuis Elector Bran-
eburgicus, sollicitè causam ipsius a-
eret,aliquamdiu pertinax fuit, certis
ropositis conditionibus, in quas,nō
alias, pacem facere vellet. At Cæsar
odē modò illum,quoHuldricū Wir-
embergicū tractare cōstituerat;eóq;
randeburgicū monuit, vt nisi Land-
rauius absq; vlla cōditione se dede-
t,ab omni porrò desisteret actione.
ostquā verò de clade, & captiuitate
lberti , Marchionis Brandeburgici
ccepit Cęsar, Vlmâ discessit,&Saxo-
iā versus iter instituit sed vehemen-
ssimis Podagræ doloribus interceptus
orlingę aliquādiu commorari,exiguâ
i spe sanitatis recuperandæ coactus
t. Vidisses tum Hęreticos cristā rur-
s erigentes, & eodē Imperatorē,&
atholicāEcclesiam sepulcro prope-
ē contumulatū iri sperātes. Qui ve-
, cū præter omnē spem cōualuisset,
orlingâ profectus, Norimbergā inde
grā petit, proximè Bohemorū fines
erdinandicæ ditionis in mōtuosis &
aspe-

Lādgrauius obstinatè in rebellione perseuerat.

Cæsar in Saxonico itinere, à Podagra intercipitur.

In Cæsaris morbo, respirant Hæretici.

asperis locis situm oppidum: quò e
iam Ferdinandus, & Mauritius, ia
antè venerant. Deinde cum omni e
ercitu, eodem die Egrâ decedit,
magnâ celeritate in Saxoniam duc
vt Electoris, qui nuper Friberga
quoque & Misenum, illustre ad A
bim oppidum, Mauritio ademerat
progressum cohiberet. Sic decim
tandem die, cùm continenter iuisse
ad Misenum, vbi Saxo tum erat, pe
uenit: qui subitò Cæsaris aduentu op
pressus, relicto oppido, cùm sublic
um pontem incendisset, ad alteram
Albis ripam castra posuit, loco ad
modum munito: cùm & fluuius ma
gna sui parte CCC. passus latus inter
flueret, & ripa, vbi castra habebat, i
crepidines passim assurgens, vada
redderet difficiliora. Cæsariani, trans
portandum quidem exercitum cen
sebant: quomodo verò id fieri posset
non expediebant loci situ plerisque
metum incutiente, & dispositis ad al
teram ripam à Saxone militum stati
onibus, cum tormentis, & nauigij
ali-

Cæsar ad Misenũ Saxonẽ assequitur.

liquot, vt Cæsarianos quoquo mo-
o impedirent. Reperto tamen vado
enique, licet profundo Cæsar eo die
ercitum omnino transmittere, &
um hoste, si posset, confligere statu-
antequam nouas ille vires collige-
t, aut locis omnibus præsidio, &
mmeatu diligenter munitis, Cæsa-
vires diuturnâ obsidione distine-
t, & sic bello in longum ducto, so-
s alijs res alibi turbandi, occasio-
m daret. Nam & Landgrauius tum
ercitum colligere, & propediem in
npum producturus dicebatur. Præ-
ssis ergo leuis armaturæ equitibus,
i singulos sclopetarios à tergo fe-
ant, Cæsar asturconi badio insi-
is, sellâ holoserica punicea, auro
briata instrato, ipse auro radiante
câ tectus, sine paludamento &
eam germanorum more capite,
núq; frameam lato ferro gestans,
ciem magni illius Cæsaris refere-
qui transito olim Rubicone, om-
acis conditione obiectâ in solâ
oria spem ponebant, Sic ergo,
quam-

Cæsariani Albim traijciunt.

Cæsaris habitus, Magni illius Cæsaris geminus.

quamuis difficili transitu, alijs vi f
minis abreptis, alijs gladios transu
sos ore deferentibus, & natando s
seruantibus, Cæsar vlteriore ripâ si
damno potitus est, hostibus, qui
prohibendam descensiooem, reli
fuerant, metu dilapsis. Saxo in co
cioneMinistri, cui tum operam & a
res dabat, quamuis serò, Cęsarem ia
traiecisse certior factus, exercitum
iter instituit, & celeriter Wittebe
gam contendit: ita tamen, vt extren
agmen carpenti hosti os obuerter
Sed Cæsar non expectatis imped
mentis, & cæteris in traijciẽdo adh
per pontem & hostiũ abductis nau
gijs factum occupatis, eum, quantu
potest, insequitur. Cùm in compit
quodam fortè fortuna Crucifixi Sa
uatoris imaginẽ Sacramentarij cuiu
dam manu, glande traiectam consp
xisset, eleuatis in cœlum oculis; *M*
DEVS, *inquit, satis ipse tu superq; pot*
es, ad tuas hodie vindicandas iniuria
Saxonẽ interim cum exercitu, in qu
sex erant peditum, & tria equitum
mil

Saxo in concione Ministri, à Cæsarianis obrutus.

Cæsaris pietas ad statuam Christi, ab Hæreticis mutuo latã.

nillia, vnâ cum viginti tormẽtis ma-
oribus, longius progredientẽ Impe-
ator, cum quatuor omnino equitum
nillibus persequebatur; nullo pedita-
u, nullis tormentis instructus, quæ
aulatim subsequebantur. Iam vterq,
xercitus ad tria confecerat millia-
a Germanica, vnus quidẽ viam Wit-
bergam versus insistens, vt tutum
sequeretur locũ: alter hostis tergo
hærens, vt eũ diuerteret, & ad pug-
prolectaret: cùm Saxo primũ Cæ-
ris agmen, quod Albanus ducebat,
nspicatus, suos ad siluam quandã
nsistere, & cum hoste præliũ inire
bet: qui mox terga vertentes, pe-
atum destituerunt, ab insequenti-
s, internecione ferè deletum. Cæ-
fugientes, vnum milliare, alij lon-
s, & ad tria etiam insecuti sunt,
nediâ ferè die ad solis vsque oc-
um pugnatum fuit. Ad Cæsa-
è conflictu redeuntem, Albanus
onem captiuum adducit, vndan-
er faciem sanguine ex vulnere
epto perfusum: qui vbi in Cæsaris
cor-

Saxo cæsus.

Albanus Saxonem Cæsari captum sistit.

conſpectum venit, Quandoquidem ita fortuna tulit, inquit, ecce me *ti[illegible] clementiſsime, & potentiſsime Cæſa[illegible] captiuum ſiſto, vt me pro loci, quo nat[illegible] ſum, dignitate tractes.* Tum Cæſar, [illegible] nè hic, quem nunc mihi tribuis, tit[illegible] lus longè diuerſus eſt ab eo, quem ante mihi tribuiſti: verum pro meri[illegible] ego te accipiam. Integra hæc & pl[illegible] na fuit Cæſaris victoria cùm omn[illegible] ferè, qui cum Saxone fuerunt, aut o[illegible] ciſi, aut capti ſint, exceptis quadri[illegible] gentis & amplius, qui cum maiore natu Saxonis filio, itidem vulnerat[illegible] Wittembergam euaſerunt. Eſt ſa[illegible] diligentia vna, ex præcipuis milita[illegible] ducis virtutibus: cùm vnâ ſæpe ho[illegible] amittatur, quod nunquam deinde r[illegible] cuperari poteſt. Quod ſi Cæſar eo [illegible] Albim non traieciſſet, victoriæ ipſi[illegible] curſum Albis procul dubio ſtitiſſ[illegible] qui poſtridie ita auctus fuit, vt no[illegible] modo, non vado, ſed ne natatu q[illegible] dem, ob ſummam aquarum viole[illegible] tiam potuerit tranſmitti. Quin etia[illegible] ſic Saxo, duodecim dierum ſpatiu[illegible]

Cæſaris ad Saxonem oratio.

Momenta in bellis multũ poſſunt.

h

ıabuiſſet (quod captiuus non ſemel
licere ſolebat) ad triginta peditum,
& ſeptem aut octo equitum millia
contra Cæſarem fuiſſet, producturus.
Et hac quidem victoriâ Proteſtantiũ
actio tota fuiſſet deleta, niſi quidam
oſtea publicam vtilitatem, priuatis
uis commodis, & cupiditatibus poſt-
abuiſſent. Eo enim ipſo die, quo hęc
ommiſſa pugna, cœlum quodamo-
o & terra in exitium Hæreſeon con-
irâſſe videbantur. Sub ipſum tem-
us, quo Catholicus exercitus prælij
opiam, Hæreticorum, elabendi ſpa-
um quærebat, Aquila viſa fuit, quæ
ęſarianum exercitum in gyrum cir-
muolitans luſtrauit, tanquam vi-
oriæ, quam Imperialis Aquilæ mili-
s paulò poſt adepturi erant, præ-
ncia. Et Lupus è ſilua progreſſus,
Hiſpanorum militum globum in-
lit, à quibus gladiorum ictibus ſu-
ò confoſſus eſt. Sol totus per eum
em, ſanguineum oſtendit colorem,
affirmant multi, ſe in eo ſtationem
andam obſeruâſſe, qualis fuit tem-

Anno CIϽ. IϽ. XLVII. *Aprilis die* XXIV.

Aquila ſupra exercitum Cæſarianum viſa.

Sol, in pugna ſtare quodammodo viſus.

 pore

pore Iosuæ : vt nimirum Carolus V
verorum Israelitarum Dux spacium
haberet vincendi, & inimicorum
Crucis CHRISTI vires frangend
Tu quidem ô Catholice Monarch
ad gentilitia tua insignia, & Imperia
lem Aquilam adiungere debebas So
LEM, magni illius Ducis, & fortiss
mi, filiorum DEI propugnatoris ex
emplo. Nam si Iosue, quod precibu
suis, dum contra Gabaonitas dim
cat, Solis cursum stiterit, SOLE dein
de pro symbolo vsus est, & sepulcr
quoque suo incidi voluit; quis nege
tibi quoque ius fuisse SOLEM, & pr
symbolo vsurpandi, & in tuo quo
que monumento ostentandi? Sed re
licto hoc honore filio tuo, istis potiu
verbis, quæ ipsa horâ, quâ victoriam
hanc adeptus es, prompsisti, illustr
esse volebas : VENI, VIDI, E
DEVS VICIT. Perditis itaque rebus
& in latibula, & ad Heluetios maxi
mè dilapsis miseris Præconibus Luthe
ranis, Saxonis vita diu in ancipiti hæ
sit: tandémque post multam consul
tatio

Imperatorium dictum.

tationem in eum lata fuit mortis ſen-
tentia, vt exemplo eius Smalcaldici
fœderis reliquiæ perterritæ, tanto faci-
lius ad officium redirent. Cliuenſis
tamen. Brandeburgici, & aliorum in-
terceſſione mortis pœna ei remiſſa
eſt, conditionibus paulo ipsâ morte
mitioribus: nam & ſeptemuirali dig-
nitate, tam ſuo, quàm filiorum nomi-
ne renunciare, & præcipua ditionis
ſuæ propugnacula, Witebergam in
primis, primariam ſeptemuiralis pa-
trimonij vrbem, vt & Gotham, alte-
rum totius ditionis munitiſſimũ pro-
pugnaculum, vt perpetuũ eſſet rebel-
lionis monumentum, demoliendum
cum omni tormentario apparatu, Cęſa-
ri tradere coactus fuit. Iuſſus pręterea
est, Albertũ Brandeburgicũ, & Duces
Brunſuicenſes ſine mulcta liberos di-
mittere: tum bona Eccleſiaſticis ab-
lata reſtituere, reliquis bonis ipſius in
Ferdinandum ac Mauritiũ translatis,
ea conditione, vt Mauritius Saxoni,
eiuſque liberis quinquaginta aureo-
rum millia ſolueret: decretis denique

Saxoni pœna mortis remiſſa.

Albertus Brandeburgicus & Duces Brunſuicenſes liberati.

Cæſaris & Imperij obedire. Landgra
uius cognitâ Saxonis captiuitate, a
pacem & ipſe conuerſus, copias vi
inſtructas dimittere cœpit: Halámq
vbi Cæſar tum erat, profectus, accep
tis & ſubſcriptis conditionibus, cap
tiuum ſe ſtitit; inque Aulâ, vbi Impe
rator throno inſidebat in genua pro
uolutus, oculis in terram deiectis pe
Oratorem veniam poſtulauit. C
Cæſar, vbi deliberâſſet, per vnum
quem à Conſilijs habebat reſpondit
Etſi grauiſſimam pœnam eſſet mer
tus, ſe pro ſuâ tamen clementiâ, &
quoniam Principes aliqui rogâſſen
& proſcriptionis, & mortis, & carce
ris perpetui ſupplicium remittere:
pactis, & conditionibus ipſe quoqu
ſtaret. Surgenti, qui hactenus genibu
inſederat Landgrauio, Cæſar, nequ
dexteram porrexit, neque vllam be
neuolentiæ ſignificationem dedit.
Actionis huius ſpectatores erant Ma
ximilianus Ferdinandi F. Philibertu
Sabaudus, Legatus Pontificis, Epi
copi & Principes aliquot Germania

Lãdgrauius Halæ Cæſari captiuũ ſe ſiſtit.

Lãdgrauius ad pedes Cæſaris veniam rogat.

Bo

ohemiæ ac Daniæ Regum Legati:
um Duces, ac Præfecti militares cō-
lures: quibus omnibus inſolitum
uit ſpectaculum, Principem tantæ
uondam ferociæ, omníſque alieni
nperij antea impatientem, nunc a-
enis genibus aduolutum, adeóque
teram illam Aquilam ad ſupremum
nperij culmen paulò antè ſubuo-
ntem, iam humi videre deiectam.
ocuerunt ſanè, iſti duo Imperij,
ermaniæque turbatores Saxo &
andgrauius, per eadem ipſa, quibus
oi homines ad altiora gradum ſtru-
e conantur, ad ima ſæpe ferri, ac
æcipitari. Nunquid, EVROPÆE, fa-
em tibi hac in hiſtoria exhibui no-
orum annorum; quibus FERDI-
ANDVS Imperator, non minore
uàm Carolus virtute, ſimillimos
hoſtes ſæpiſſimè iam
triumphauit.

Miſerā-dum Fortunæ ſpectaculū.

In viam digreſſio.

§(:)§

IV.

Fabulam, aut Apologum aliquem vtilem & ad mores accommodatum legere.

Præcept. IV. *Apologũ legere.*

QValis ille, in Labyrintho Sten geliano. In ſpem obſonij ali quando prodierunt mures quatuor parentes duo cum gemina prole. O mnes famelici, ſed non omnes æqu in rebus reperiendis periti. Eſt enim iunior ætas ſemper magis ad auden dum proiecta, quàm ad cauendum prouida. Itaque hi quatuor ſeu mu res, ſeu fures, quaſi cuneo facto, cum obſtructas obturatáſque omnes a frumenti cameram vias rimáſq; ani maduertiſſent, repſerunt in penari am, vt gulam periculoſiùs propitia rent. Ibi furuæ beſtiolæ, cum & ine dia ventrem, & Furina aurem velle ret, prædáque clanculo illiceret, cu ius veſtigia ex odore citiùs, quàm co lore agnouerant, porrectis, auidéqu gliſcentibus auriculis, muto & ſilent pede

ꝑede, leni leuíq; velocitate, per quàm
olicitè per omnes angulos cursita-
unt, sicubi aliquas pridianæ cœnæ
eliquias venando adipiscerentur.
Verùm parentes, quibus vtique exer-
itatiores ad inueniendum oculi,
ræpinguem suilli aqualiculi aruinã
uperne ad parietem à clauo ligneo
uspensam priùs aduertêre. Igitur,
ui est paternæ maternæque in libe-
os flagrantiæ affectus, illico sobolem
uam, monstratis in sublimi loco Io-
ialibus epulis, ad Saturnalia, immò
acchanalia inhortari, ad hunc fere
odum cœperunt. Videtísne filioli
ostri, gustulum illud pinguiculum,
olliculum, dulciculum? gnauam
c famelico ventri aduocationem
cere licebit; Et suauiùs viuemus,
uàm si potum Creta, cibum Numi-
a, vel vtrumque Regina nostra mi-
let. Bonis animis este, vestræ sunt
æ lautitiæ, vestrum epulum, vestrũ
ustulum, cum nullo mulso, cum
lla ambrosia comparandum. Vide-
s? exilite, iam cœnastis. Adhæc, vi-

demus quidem mea mater, & tu m
genitor, quæ vos prædicatis, inqui
unt muſculi teneriores, ſed num &
habemus? Nuncquid enim natura
nobis alas dedit, quibus illuc euole
mus? aut oculis aſpicere, eſt ſatiar
ventrem? Aliud eſt videndo, aliud gu
ſtando frui. An putatis fortaſſe, den
tes æquè, atque oculos, quæ diſtant
attingere poſſe? Aut forſitan licium
putredine vitiatum rumpetur, & præ
da pendendo laſſata de carnario de
cidet. Verbis nos videmini velle paſ
cere, non cibis. Hæc atque alia, qua
imaturior ætas petulantibus ſugge
ſit, muſculi vix heri nati, & nec du
toto corpore piloſi, multóque minù
barbati ad parentes ſuos effutiuerū
At genitor, Nihil, ait, iſtorum pror
ſus, quæ temerè diuinaſtis, continge
Sed vos imperituli pergitis iſtud pri
us diiudicare, quàm ſcitis, quâ ratio
ne debeat perfici? Quid enim credi
tis? victoriam citra puluerem venire
Et ſperatis nihil agentibus vobis im
mò dormientibus hæc vobis confe

ſturos Deos? Victimámque, deſerta
ſtatione, ſponte ſua in appetentium
palatum deſcenſuram? aut tanta epu-
larum pretia ſine veſtra opera in ab-
domen iri deductum? Profectò etiam
infra ætatem veſtram ſapitis. Noſtrũ
enim eſt ſequi ſpolia, non expectare,
dum in ora hiantibus inuolent. Expo-
ſitæ ſunt ſuilli petaſonis dapes, non
repoſitæ; vt victum, cæterorum mor-
talium lege, id eſt, labore, etiam nos
pararemus. Aut igitur famem humi ſu-
ſtinere par eſt, aut ad pernæ delicias
in altum aſcendere. His dictis, muſ-
culi ſeniores ſurſum cœperunt repe-
re, vt filios ſuos exemplo docerent,
quod verbo nequijſſent. Erat in me-
dio cellæ penariæ captendula in om-
nem dolum perniciémque murium
ſtructa. Nam in ſirpiculo ferreo ia-
cebat laridum, ad inuitandos odore
mures, ſemiaſſatum. Et acceſſus epula-
ris, per multiforatilem ſtructuræ
ambitum, patebat varius, nuſquam
poteſtas erat regrediendi. Labyrin-
thum dixiſſes, aut ſimulachrum La-

 by-

byrinthi. Fuerant enim oſtiolorum
quidam ſic accommodati poſtes, v
in initu parcerent, in reditu ſæuiren
Virgæ ſiquidem ferreæ intrare conar
tibus leuiſſimo tactu cedebant, ac ve
luti ſponte diductæ planum facilém
que inſilientibus aditum dabant: ve
rùm redire ex infami hoſpitio, cum
farto iam ventre, ſaturi conuiuæ cu
perent, ſerò nimis intellexerunt, ſe i
pedicas, & carcerem, & culinā mor
tis incidiſſe Quippe eædem illæ pau
lò priùs tam clementes, & facilè ce
dentes virgæ ferreæ, quaſi repent
obriguiſſent, ita acutas omnino atq
inpyramidalem figuram pertinaci
ſimè coeuntes per orbem cuſpides
tanquam haſtatam aliquam aciem
obuertebant; mucronibúſque inſe
ſtis, aut terrebant minaciter reſpici
entes, aut figebant crudeliter recur
rentes. Sub alijs pſeudothyris mor
ipſa excubabat. Etenim ſuſpenſæ a
ipſas fores illecebræ fraudem conti
nebant. Ea ratio libramenti erat, vt
vbi primùm nouus conuiua infalla-

cio-

ciosum muscipulæ scandalum morsu
offenderet, impetúque retinaculum
ferri desuper molientis solueret, cō-
prehenderetur in ipso limine, elisúsq;
ferro, voculam simul atque animam
ederet. Hanc igitur blandam vitæ ru-
nam conspicati minores musculi, ad
parentes iam dudum in conscendēdo
euerè laborantes: heus vos, quid in-
lto, inquiunt, cum tam cruciabili
molestia quæritis? quod benignior
ortuna humili ante ora adeo nostra
biecit? Luculenta sanè simplicitas
st, absentia sectari, & in tam alto po-
ta, vt præsentia, atque ante oculos
centia negligatis? Remeate, reuo-
te, & quidquid hoc est polluċti no-
iscum læti, alacrésque degulate: quæ
pra vos, nihil ad vos credite. Hic
emum viuere, hîc quotidianas, hîc
urnas, noċturnásque commessatio-
es, & choreas licet agitare. Quid
ulta? ea imprudentes musculi dixe-
nt, quæ impudentes adolescentuli
cerent ad eos, quos de templo, &
virtute in ganeam, & ad illecebro-

ſam mulierem vellent deuocare. A
muſculi parentes, qui longa experi
entia didicerant periculum fugere
haud vtique ignari malorum, qu
ſub gulæ inſidijs eſſent, & cum larid
proponeretur, alia omnia potiùs fa
cere cogitarunt, quàm vt ſe tam præ
ſenti committerent ineſcationi; au
vt in illam domum intrarent, è qu
neminem vnquam viderant ſaluum
exijſſe. Et, ne noſtrum, filioli, inquiũt
eſſe conſilium deputate parui pretij
qui ob rem nullam, animum vobis ſi
natis occupari ab eo, quod tam mo
dicum eſt, vt ſatiare non poſſit; tam
inſidum, vt etiam necare velit. Se
dum adhuc extra foueam pes eſt, ho
potiùs agite, ne vos in breue hoc tẽ-
pus conijciatis gaudio hoc falſo frui
& in quas res cunque incideritis, al-
bâ, quod aiunt, lineâ, ſine cura diſcri-
minis ſolam ſpeciem ſectari: nobiſcũ
ad hæc fortunatiora, voluptatiſque
ad eò pleniora, vbi eſſe cum ſacieta-
te licet, & delectari cum libertate
Muſculi vel quòd ea dicta parum ſeri
ha-

habere exiſtimarent, vel quod cupi-
ditate præcipites, ætatéque haud ſa-
tis prudentes animus in paruum fer-
ret, neglectis maiorum monitis, inſi-
diatricem ædiculam audaciter com-
pilare aggreſſi, ſic perierunt. Clemen-
iore oſtiolo per vimina intromiſſus
nus, cum de obſonio aliquid lam-
bendo primùm diſſuauiatus prægu-
taſſet, etiam alteri, vt fit, laudare, &
ocũ & ganeam cœpit. Nõ diu neceſſe
ſt laudare, in quæ ſponte inhiatur; &
amẽ miſerrimus ille ſuę adhuc capti-
itatis ignarus conuiua, cum roden-
o prædam profundiùs ſauciaſſet,
ratrem iam diu curſitando quæri-
ntem, quà aditus pateret, & præ cæ-
o impetu gaudióque etiam obuia
mine non videntem, exemplo ita
ehementer inflammauit, vt ille nul-
dilectu, malóque fato, ad eam per-
eniret ianuam, in cuius limen cibus
omo malignè copulatus propende-
at. Eum ergò hamum ſimul ac liba-
eſt orſus, vinculum emouit; quo
miſſo, celeri ictu decidit in caput

vorantis laxata ferri austeritas: quæ, ne vitam cum gemitu funderet gulosus prædo, vno casu animã vocémq; in vestibulo hærentis oppressit. Sic præda antè, quàm prædo fuit. Hoc fratris interitu conspecto, deplorandus ille subparasitaster, qui Labyrintho suo inclusus tenebatur, fratrémq; imprudens morti prodiderat, vertigine sentire, & de suo quoq; periculo suspicari cœpit. Exitum ergò, per omnia emissaria quæsiuit, nusquam reperit: iámque captum, temeritatis seriò, sed serò nimis pœnituit. Quippe nec ventrem satiauerat, & felem carnificem in momenta singula tremẽs expectabat. Interea parentes, curatâ probè cuticula, totam è sublimiori loco calamitatis scenam intuiti, cum à captiua degeneri prole auxilium rogarentur, ita respondisse dicuntur: Cur auxilium nostrum placet, si displicuit consilium? Vestra pertinacia perijstis. Habete nunc ergò quod vobis tantopere placuit, relinquite quod displicuit: quia sapere ante pœnam opor-

portet. Serò fugitur ſupplicium
oſt delictum. Ita reſpondebunt om-
es cælites, quotquot ad Deum, ad
œlum, ad veras, ad magnas, ad ſecu-
as, ad æternas illas voluptates tanto
abore aſcenderunt, omnibus illis,
ui vel à ſocijs, vel à delicijs ſeducti,
eſertis ſanctorum veſtigijs, Baccha-
alia ſemper viuere, Numénque, non
a cœlo, ſed in luto, in ſordibus, in
lateis, in popinis, in quotidianis
oculis, in ſumma, in terris quærere
olunt, & in illis lætitijs, quarum ille-
ebra capi, eſt vere in muſcipulam
roficiſci.

V.

Quæſtiunculas, quæ ali-
quid ſalis ingenij, virtutis habe-
ant, inter Sodales proponere.

Vcundiſſima hæc animi relaxatio eſt inter ingenuos: vſurpata anti-
uitas multum à doctis etiam inter
enſas; vbi maximè animũ hilarẽ eſſe
olebant, Philoſophus Taurus, inquit
Gel-

Præcept. V. *Quæſtiunculas alternatim ponere.*

Gellius, accipiebat nos Athenis, cœ-
nâ plerumque ad id diei, vbi iam ve-
sperauerat. Id enim est tempus isthi
cœnandi frequens. Eius cœnæ fundu
& fundamentum omne erat in olla
vna lentis Ægyptiæ, & Cucurbitæ, i-
nibi minutim cæsæ. Ea quodam die
vbi paratis, & expectantibus nobis
allata, atque imposita mensæ est; Pue-
rum iubet Taurus oleum in olla in-
dere. erat is Puer genere Atticus, a
annos maximè natus octo, festiuissi-
mis ætatis, & gentis argutijs scatens
Guttum Samium, ore tenus, impru-
dens inanem, tanquam si inesset ole-
um affert, conuertitque eum; &, v
solitum est, circumegit per omnem
partem ollæ manum. nullum inde
ibat oleum. Adspicit per guttũ atro-
cibus oculis, stomachabundus, &
concussum vehementius iterum in
ollam vertit: idque cùm omnes sen-
sim, atque summissim rideremus, tun
puer Græcè, & id quidem per quan
Atticè: Μὴ γελᾶτε, inquit, ἔνι τ', ἔλαιο
ἀλλ' οὐκ ἴσε ἃ ἀφείκη περὶ τὸν ὄρθρον, γε-
γον

A. Gellius Noct. Attic. lib. 17. cap. 8.

ονε τήμερον κεκρυςάλλω. Ταυ. Verbe-
o, inquit ridens Taurus, nóne is cur-
culo atque oleum petis. Sed cùm
uer foras emptum isset, nihil ipse
ta mora offensior, olla, inquit, oleo
idiget: &, vt video intolerandum
ruet. Cohibeamus manus: atque in-
trea, quoniam puer nunc admonuit,
olere oleum congelascere conside-
mus, cur oleum sæpe & facilè stet:
na rarenter congelascant, atque
picit me, & iubet quid sentiam di-
re. Tum ego respondi, coniectare
e, vinum idcirco minus citò coale-
ere, quod semina quædam caloris
sese haberet, essétque naturâ igni-
us: ob eámque rem dictum esse ab
omero, αἴθοπα οἶνον, non vt alij pu-
rent, propter colorem. Dum hæc,
c alia quæ eodem loco videri pos-
nt) Taurus: interea Puer venerat, &
la deferbuerat, tempúsque esse cœ-
rat edendi, & tacendi Similes ipsis
ulis suauiores quæstiones, & pro-
emata ponit Laurentius noster Fo-
rus: V. G.

Puer Atticus ingeniosus.

Cur oleũ facilè cõgelascat, non item vinum.

1. Cur

Laurentius Forerus, Virid. Philosophico in principio.

1. *Cur homines, qui raros dentes ha-bent, sint maiori ex parte breui-ris vita?*
2. *Cur caput humanum, magis pil-sum sit reliquo corpore; non per-inde animalium.*
3. *Cur non eructent iumenta, non co-nigera, non Aues; sed solus homo*
4. *Cur ex animalibus solus homo ca-culo laboret?*
5. *Cur alia animalia sana sint po-partum; vt canis, & sus: alia ver-non, manifestè; vt mulier ouis?*
6. *Cur equis & asinis, è cicatricib-oriantur pili; non autem homi-nibus?*

Proble-mata Philosophica.

7. *Cur hieme, quâ frigus dominatu-plures febres ardentes, & conti-nuæ, quibus nulli rigores coniun-cti, producantur?*
8. *Cur animalia, pares habent pedes*
9. *Cur lingua nulli animali sit pin-guis?*
10. *Cur ebrij ad lachrymandum sint faciliores?*

11. *Cu*

1. *Cur capræ, & oues emulctæ exhibeant plurimum lactis, cum non sint maximo corpore? homo autem & bos, minus?*
2. *Cur soli homini inter animalia sanguis è naribus fluat, cum tamen ille caput in sublimi gerat, illa prona incedant.*
3. *Cur homo tußiat, bos autem, & alia non item.*
4. *Cur laboriosior sit brachio inanis iactatio, quàm cum lapide?*
5. *Cur pili in cute, horroris tempore erigantur?*
6. *Cur seßio, alios pinguefaciat, alios extenuet?*
7. *Cur ambulantes in sole minus calefiant, quàm stantes?*
8. *Cur minus inebrientur, qui amplis calicibus se proluunt, quàm qui pitissando lentè bibunt?*

: quædam alia ; quæ apud Aucto- m, vnâ cum responsis inueniuntur. uâ ipsâ ratione Adrianus Impera- r cum Epicteto Philosopho oble- sse sese videtur.

Numero xxxiv.

Adria-

Adriani Imperatoris quæstiones.

Adrianus ad Philoſophum: quid, in-
quit, eſt Epiſtola? cui *Epictetus*: Ta-
cens Nuncius.

Adrian: Quid pictura? *Epict.* Falſa
Veritas.

Adrian. Quid eſt Aurum? *Epict.* Man-
cipium Mortis.

Adrian. Quid argentum? *Epict.* Lo-
cus inuidiæ.

Adrian. Quid ferrum? *Epict.* Inſtru-
mentum omnium artium.

Adrian. Quid Gladius? *Epict.* Diſci-
plina militum.

Adrian. Quid gladiator? *Epict.* Inul-
tus homicida.

Adrian. Qui in ſano corpore ægro-
tant? *Epict.* Aulici, & Aduocati.

Adrian. Quid hominem non fatiga
Epict. Lucrum.

Adrian. Quid eſt longiſſimum? *Epi*
Spes.

Adrian. Quid eſt ſpes? *Epict.* Somnu
vigilantis.

Adrian. Quid homo videre non po
teſt? *Epict.* Cogitationes.

Adrian. Quid commune habent R

ge

ges, & pauperes? *Epict.* Mori.

Adrian. Quid eſt libertas? *Epict.* Innocentia.

Adrian. Quid vni placet, alteri diſplicet? *Epict.* Vita.

Adrian. Quæ vita optima? *Epict.* breuis.

Adrian. Quid certiſſimum? *Epict.* Mors.

Adrian. Quid eſt Mors? *Epict.* Æterna ſecuritas; hoſtis vitæ; timor parentum; perpetua obliuio; finis omnis mali.

Adrian. Quid eſt pauper? *Epict.* Fons deſertus.

Adrian. Quid Terra? *Epict.* Cella vitæ.

Adrian. Quid mare? *Epict.* Incertum iter.

Adrian. Quid nauis? *Epict.* Vaga domus.

Adrian. Quid nauta? *Epict.* Contemptor vitæ.

Adrian. Quid amici? *Epict.* Aureæ Imagines: intus putidæ.

Adrian.

Adrian. Quid homo? *Epict.* Pomu
in arbore; candela in nocte.

Plura huiusmodi præcepta, & mo
animum honestè, iucundéque exh
larandi, nisi iam limites breuitat
transgressi fuissemus; & de hoc ali
argumento copiosius fortasse dicé
locus futurus esset, tradi possent.

INDVS.

CAP. XX.

Exempla virtutū in aliis visa imitari studet.

CVm MICHAEL exempl
omnibus esset, ab alijs ta
men exempla virtutum sume
re nō intermisit. Lectoris mu
nere, in Triclinio Societati
IESV perfunctus, diligēter ob-
seruare solebat eos, qui ad ab-
iectum aliquod officium, vir-
tutis ergo se demisissent. Au-
dierat fortè sanctum Ignatiū,
SocietatisIESV parentem, per
integrā aliquando hebdoma-
dam cibo, ac potu abstinuisse:
nc

1. Patrum Societatis.

2. S. Ignatij

ie nihil ipſe in hoc quoq; ge-
iere virtutis præſtaret, egit ſę-
ius cum præſidibus ſuis, ſibi
uoq; vt permitterent, diur-
um ſaltem ieiuniũ abſq; vllo
aſtu, aut potu tranſigere, (nã
olo pane, aut aquâ viuere, cõ-
ietudo ipſi iam leue negotiũ
ecerat,) potitus eſt voto ali-
uoties; tantáq; voluptate, à
ensâ abfuit, quantâ alij ac-
eſſerunt. In memoriam venit
i aliquando Christvs Do-
inus ad Columnam à Iudæis
imaniter alligatus: petit er-
, vt & ipſe per noctis inter-
llum erectus manibus, pe-
oúſq; aſtringeretur. Sæpius
id ſollicitauit, vt ob eiuſdẽ
omini memoriam, in Cruce
adam extenſus, ligatúſque
noctaret.

3. Christi Iesv.

EVRO-

EVROPÆVS.

I.

Val. Max. lib. 2. Tit. de Instit. antiq.

QVia Exempla virtutum alien
plurimum possunt: idcirco m
iores olim in conuiuijs ad tibias ,
gregia superiorum opera carmin
comprehensa pangebant , quo ad
imitanda, virtutem Iuuenum alact
rem redderent. Quid hoc splendi
us ? quid vtilius certamine ? Puber
carnis, suum decus reddebat; defu
cta virium cursu ætas , ingredien
actuosam vitam, fauoris nutrimen
prosequebatur. Vt ergo Zeuxis pic
rus Iunonem Agrigentinis omnil
Virginibus inspectis , quinque præ
puas elegit, ex quibus, quod esset i
vnaquaque præcipuum imitaretur
ita, EVROPÆE, è plurimis optimi,
ueni ad exemplum vitæ proponen
sunt : nec in his tamen reddenda o
nia; sed optima.

II. Ingredere Gymnasia, & Ac
demias Societatis IESV in Europ
nusquam desunt faces : dummoc
n

non desint Ayatumi, qui aſpiciant, earúmque ſplendorem ſequantur. Hîc certè præcipua adhibetur cura, vt habeat, à ſedulo quod diſcat infrequens, à compoſito quod diſſolutus; à caſto, quod impurus; à modeſto, quod petulans. Palmares pueruli, iam flagella expiatoria rotare norunt: famem, ſitim, verbera, nobilis ſanguis CHRISTI causâ ferre; domeſticos, cognatos, parentes moribus bonis formare. Felicem te, inter hos, Auctor tu EVROPÆE adoleſcentes eſſe ſi mauis, quàm ſpectator. Dictu eſt, profectò mirabile, quo animo, intimísque medullis, orthodoxam fidem pusilli (de Germanis, nobis, pueris sermo eſt) tueantur. Alij alios, vt priſcam illam pietatem à Chriſto, & Apoſtolis acceptam, vitâ ipsâ chariorem habere velint, cohortantur. Certant officijs, inter ſe; cum deprauatis hominibus, de Religione dimicant: contingítque ſæpe, vt Goliam prodigiosè celſum, & coloſſæa ſtaturâ metiendum puſillus Dauid, & Saxo

Feruor virtutũ in Gymnaſijs Societatis.

Ioan. Bonif. de Inſtit. pu. lib. I.

Germanorum puerorũ in Fide, & Virtute constantia.

tundat,& gladio cõtrucidet. Quot
filius patrem, quasi regenerauit, &
sanam mentem reduxit? sua quisc
inter socios facta prædicat: vapulã
se dicit alius, quod carnibus vesci n
luerit, cùm id sacræ leges vetarent,
se crimine pollueret: narrat alius im
ginem sanctam impiâ flammâ à s
ereptam fuisse: est, qui dicat prec
torios calculos in hanc rem sanctiss
mæ Virginis Matris Dei cingulo a
motos circumferre se quoquo iuer
idq; parentibus inuitis, quorũ min
non magnopere pertimescat. Qu
multa? constantissimi Pueri, quibus
ducandis religiosi viri in Germani
sedulo vacant spem afferunt, pestẽ
lam tandẽ aliquando esse quietura
manentibus religionis inoffensæ p
rimis, qui futuro post tempore, sinc
ram fidẽ propagent, atq; promoue

Puerorũ pietas Hæreticos mouet.

Nõ paucos ex ipsis Hæreticis extiti
scimus, qui sententiam mutârint,
ad Matris Ecclesiæ gremium redi
rint puerorũ aut persuasionibus m
ti, aut Exemplo certè: quos cùm eâ

æt.

ætate, quæ leuitatis plena eſt, tam be-
ne cultos aſpicerent, idq; non modò,
non conſentiente Patre, verùm etiam
reclamāte, totiſq; viribus contradicē-
te, perſuadebant ſibi magnū eſſe no-
ſtræ veritatis robur, Catholicorúmq;
cauſam à noſtro Deo propugnari.

III. Monachij, vbi mille amplius
adoleſcentes, variâ virtutū & littera-
rum eruditione in clariſſimo ſeptem-
trali Gymnaſio inſtituuntur, ea lex,
(quæ & alijs Societatis Gymnaſijs
communis eſt) præſcripta fuit, vt ſin-
gulis diebus, rei diuinæ, velut auſpi-
catiſſimo rerum gerendarum initio,
pueri intereſſent. Qui, cum manè, die
quadam coniuncti omnes ſacrū audi-
rent, vt eo peracto, litterarum ſtudijs
nauarent operam, vir non infimæ
ſortis, quod ad imperitæ plebis iudi-
cium, vulgíq; æſtimationem attinet,
ſed miſerrimo ſpiritu (eſt enim ex ſe-
ctarijs) diuino inſtinctu religioſo-
rum Sacellum ingreditur, & puero-
rum tum concurſum, tum maximè
pietatem, & mentis attentionem,

 quàm

Haereticus Puerorũ Monacensiũ pietate conuertitur,

quàm ipſo vultu teſtificabantur, a
mirans, ſecum tacitè reputare cœ
quanto in errore verſaretur ipſe,
rem deſpiceret, cuius veneratio, n
pueros quidem lateret. Ponderat
cuto vir ingenio, tantam illam me
tis attentionem nulla humanâ vi,
teúe excitari in pueris potuiſſe,
rem nullam ſeriam, diligenter atte
dere ſoleant, & fixis oculis intu
Concludit tandem, & ratiocinat
DEI opus eſſe, illud, qui ex ore infa
tium, perfectam ſui laudem ſæpe
promat. Quid multa? ſanctiſſima
Euchariſtiam totis viſceribus co
plectendam eſſe cenſet, tremendú

Exempls mira vis.

que illud Miſſæ ſacrificium, conſta
tiſſimo, ſaniſſimóque animo cole
dum, ſuſpiciendum, venerandúmq
arbitratur. Poſt quæ Palinodiam ca
tat in omnibus, quæ à noſtra fide d
ſentiunt, emergénſque ex Luthera
tenebris, in Matris Eccleſiæ fulgor
verſari cœpit.

IV. Tibi verò nunc, ô Adoleſcen
qui tali quidẽ face non eges, vtpo
nu

llis falſarum opiniorum vmbris
cæcatus, illas ſolum aquas optem;
as ex oculis continuas profudiſſe
am aliquando hominem legi. *Is*
atrum religioſorum cellas adire,
ictámq; illorum viuendi rationem
igenter inſpicere, & conſiderare,
ebat. Domum inde reuerſus, per-
nibus madere lachrymis, & neſcio
em mœſtum Præſidi vultum exhi-
re. Rogatus, quid adeò mœreret,
naderet? non plorem inquit: ecce,
giofiſſimos iſtos homines perlu-
ui; atque in alio patientiam admi-
bilem, in alio charitatem incredi-
em, in alio demiſſionem ſingula-
n, in alio precandi ſtudium, in alio
ſequendi alacritatem, in alio pau-
tatis ardorem, in alio abſtinenti-
, vigilantiam, induſtriam, in alio,
ue alio, alias virtutes reperi; qua-
am ego nullam, prô dolor! in me
eſſe animaduerto, &
deploro.

Qui imitari non poteſt lachrimari poteſt.

INDVS.

CAP. XXI.

Animi demißio in Michaele singularis.

VEram animi demiſſione
in primis ſibi comparar
ſtuduit Indus. *Vidi illum nec*
(inquit P. Aunonius) *cùm Sem*
narium inuiſerē, ſub lectulo in te
ra cubantem, quem à me reprenſu
audiui reſpondentem; ſe illud H
militate Magiſtrâ didiciſſe: qui
pe, quæ doceret, in terra, terra
ſternendam. Veſtitu vtebat
paupere, ſed mundo & quãu
precioſis veſtibus non carer
induci tamen vix potuit,
ſaltem, cùm CHRISTI corp
ſumpturus erat, cultiore pa
lulum amiculo vteretur: V
timum in ſedendo vbiq; qu
rebat locum. Interrogauit a
quando: *vtra maior cenſeret*
Humilitas, cùm Patrem in itine

liquo comitaretur, præcedere, an qui? volebat enim id, quod biectius esset, eligere. Iussus ubinde reliquis Alũnis præes-, in eã deuenit tristitiam, vt norbũ aliquando cõtraxerit; uo liberari antè non potuit, uàm remissâ illâ potestate in rdinem redactus est. Adeò à ropriâ vel laude, vel existi-atione abhorrebat, vti vel mbram honoris non ferret. ersona CHRISTI Domini, Dramate quodam ipsi a-enda erat: eam ille tanta ve-ecundiâ suscepit, tantâ sui espicientiâ egit, vt Thronũ, ui insidere, maiestatémque, uàm repræsẽtare cogebatur, eserere, quã ocyssimè medi-retur. Illã, quam tãtopere S. ernhard. virtutẽ deprædicat;

Quomodo agenda persona sancta in comœdiis.

S. Bernh.

N S per-

perturbationum, inquam, a
liorúmq;, quæ in animo ſun
arcanorum proditionem, it
obſeruauit, vt, quidquid ma
lus ſuggereret Genius, quan
tumuis fœdum, & abomina
bile, illico Patri expoſitum i
ret: maluit enim cum rubor
hoſtem prodere, quàm in oc
culto perire.

EVROPÆVS.

I.

Romanis nomen Humilitatis ignotum, adeóque barbarũ.

HVMILITAS, Romanis olim, ill
terrarum Dominis ne de nomi
ne quidem nota virtus, inter Chri
ſtianos hodie (quæ noſtra EVROPÆ
felicitas) etiam Pueris, vt in Indo vi
des, familiaris eſt. Nulli enim ordini
nulli ſexui, nulli ætati, Arrogantiâ tu
mere fas: quando ad cœlum omne
tendimus; & in cœlum non niſi ill
admittuntur, qui contractis quaſi, at
qu

que in exiguum quid compreſſis mē-
bris, per anguſtam portam luctando
ſe introferre laborant. Extat Libel-
us, perinde pius, ac iucundus; Hiſpa-
ico primùm, deinde Italico, Galli-
co, Belgico, Germanico, Latino edi-
us ſermone: cui Desiderivs nomen
ab Auctore contigit: ex quo, quando
ectum tibi non eſſe ſuſpicor, Hvmi-
litatis Domum, Genus, Familiam
diſcito: ne, excitatus Michaelis noſtri
præclaris hac in re exemplis, in quæ-
renda, omnium pulcherrima, maxi-
méque neceſſariâ virtute, vel à viâ,
vel à perſona, vel ab ædibus, aut tota
familiâ aberres.

Desiderivs, nomē Dialogi non minus pij quam iucundi.

II. Deduxerat huncDeſideriū, qui
Equitem quendā in eremo, hoc eſt A-
morem Dei, verámque ſalutis viam,
in Mundo, quærebat, Virgo quędā vili
habitu, Nihilipensio nuncupata,
ad Ædes Hvmilitatis. Tu Evro-
pæe, ducem hunc, Michaelem no-
ſtrū tibi imaginare; cuius magiſterio
nihili pēdi diſcas. Deſiderius, ad Ædes
Hvmilitatis, exile tugurium, cùm

Parte 1. cap. 7. 8. 9.

peruenisset; iusso assidere ait VIR-
TVS; quæ te res permouit, Fili, ad no-
vt accederes, tam abiectæ sortis ho-
spites? DESID. Equitem, ô Domina,
quæro; quem AMOREM DEI appel-
lant; atque, vt ab alijs accepi, eius re-
periendi copia mihi nulla erit, nis
prius vestris in Ædibus, aliquanto
tempore fuerim versatus. Quare, n
molestum est, tuo me imperio sum
mitto. HVMIL. Desiderium ego tu-
um, ô aduena, perquam probo &
laudo: interim quid agas, vide; ne fa-
cti te pæniteat aliquando. DESID. Id
ne fiat, DEVM oro. HVMIL. A se de-
siderari hac in parte, nihil patietur
Opt. Max. DEVS: dummodo tu im-
pellentem sequâre. DESID. Ecquid
igitur agendum mihi censes? HVM.
Primum huic te Filiæ meæ, cui NI-
HILIPENSIONI, id est, omnis cura
superuacaneæ contemptui nomen,
quàm obsequentissimum esse volo.
cuius officium apud me est, hospites
excipere, iisque mandata dare. DE-
SID. Lætus Magistram audio. Tu ve-
rò,

rò, ò Domina, tuum mihi Nomen, Genus, Conditionem, Statúmque edissere; quò & ego Virginibus istis tuis promptius obtemperare, & si quando hinc discessero, alijs quoque HVMILITATIS Rempublicam, & Leges explicare possim. HVMIL. Nomen ipsum, rectè iam Christiano more vsurpâsti: Pater, CONTEMPTVS sui est; Auus, NOSCE TE IPSVM: cuius ipsius coniux DEI COGNITIO vocatur: vterque diuersâ oriundus patriâ & vrbe. Hic enim, natale solum Ciuitatem habet, cuius nomen, ATTENDERE, quid sim, quid fuerim, quid futurus sim: ad quod oppidum duabus maximè vijs tenditur; per Considerationem Hominis & Creaturarum: quod præstantissimum artificium ipsum DEVM habet Auctorem, & Artificem. Illa ex alio oriunda loco est; quem AMORIS DEI Contemplationem vocant. DESID. Itané verò? eousque se diuina Maiestas demittit, vt eiusmodi extruendo ædificio, operíque lateritio, & luteo

Stemma, & genus HVMILITATIS.

efficiendo det operam? HVM. Immò enimuero, volupe eſt, præſtantiſſimo huic Architecto, in luto hoc operari. DESID. Quid eò mouet, nullius indigum? HVM. Sola immenſa ſua bonitas; & tua SALVS: tum etiam, DEI Laus. DESID. Equidem miror: quid ſi vanâ capiatur gloria. HVM. Nihil hîc periculi: Laus quæ DEO datur, vana non eſt, cùm ſit illius propria: laudaríque à nobis vult, non quod gloriæ ſit cupidus, ſed quod IVSTVS, & vnicuíque quod ſuum eſt, dari velit. Tu quidem honorem tibi cùm tribuis fur es; vtpote qui inuito DOMINO re alienâ vti non verearis. DESID. Genus tuum intellexi: nunc, qui huic Familiæ præfecta ſis, expone. Dignitas enim hæc tua mihi non exigua videtur: fieríque poſſet, vt & ego aliquando alijs præficiar: multum enim inter, eſt inter iuſſa dare & accipere. Ad hęc illachrymari Humilitas: cui Deſiderius; quamobrem, ô Domina, inquit, in lachrymas diſſolueris? HVM. Lachrymas mihi hoc ipſum exprimit, Fili, quod

DEVM vana gloria tangere non poteſt.

quod Humilitatis habitu, foris qui-
dem tectum, intus autem nudum te
conspiciam; & quod nomine pius vi-
deris, re autem ipsâ procul ab omni
pietate absis. Frustra mecū es; quan-
do dominatum & imperium cogi-
tas: quæ neque ego, neque Pater me-
us, neque Dominus Iesvs vnquam
desiderauit. Quid enim alijs impera-
re desideramus, quibus satis negotij
est in nobismetipsis moderādis. Quid
habent honores, præter curas? peri-
cula? damna? in quibus dum præmia
sæpe, & grates expectas, odium & pœ-
nam aufers. Morare aliquantisper
mecum, me vera dicere experiere.
Porro, quâ in hanc Præfecturam as-
sumpta sim ratione, ausculta. Vbi ad
has primum Ædes accessi, ita mecum
constitueram; Iumentum esse, cæte-
rarúmque Virginum, vile mancipi-
um. Quam meam voluntatem remu-
nerari volens liberalissimus Devs,
huic me Domui etiam contra meam
voluntatem præfecit; sponsámque
suam effecit. Desid. Ergo, vt video,

Honores sequuntur pericula, & curæ.

Bonum Propositũ Humilitatis meritum.

 qui

qui cæteris altius ſtare vult, humi
prius abijciat oportet. HVM. Ita pl
nè: non quidem eo ſenſu, vt abijcie
do, demittendóque te honorem a
cuperis; ſic enim ad ſuperbiam itur,
quæ capitalis, hoſtis Humilitatis e
quotidiéque oculos mihi eruere, m
cúmque rixari conatur. Eſt enim a
teri cuidam DomuiPręfecta: cuius v
caria eſt, *Carnis Concupiſcentia*, Pr
curatrix, *Concupiſcentia oculorũ*: Qu
bus alia quædam Canidia adiungitu
nomine *Negligentia*: facilis, niſi qu
do cibis ſeſe & delicijs ingurgitand
roborauit. A pedibus habet iſta M
litiam: quam tres aliæ ſequuntur, Ir
Acedia, Inuidia: tum aliæ atque ali
Praua Suſpicio, Iudicium temerar
um. Quibuſcúm omnibus inimiciti
mihi immortales ſunt. Maximè ver
vigilandum nobis ne quæ ad fores a
ſtat Vana Gloria, ſubinde irrumpa
quæ omni nos fructu & labores emo
lumento ſpoliet. *Plura huius generi*
ipſe libellus ſuppeditabit ſacrarum re
rum STVDIOSO.

Pediſſequa Negligentia

Dilingæ impreſſus.

IN

INDVS.

TRibus ante mortem annis coram CHRISTI in Cru-:e pendentis Imagine Florem ›udicitiæ deuouit, quē ad vitæ inem vſq; ſanctū, illibatúmq; :onſeruauit; Quamuis non à Diabolo tantum & carne, ſed parentibus etiā laquei tēdeentur. Vocârat ad ſe Puerum liquando Inda illa, quæ ipſi us filij iam dudū dederat. Vo-ato auri magnam vim oſten-lit, &, *En tibi fili mi,* inquit, *iam arta res eſt; nihil porro deeſt, quàm ponſa te digna, cum qua inter no-iles lætus viuas & felix. Itaque lige, vel Baclaini, vel Roboci æ-ualem formâ & diuitiis, duc Do-num: ipſa ego, nuptiis tuis præero, ullis ſumptibus, nullis laboribus par-*

CAP. XXII. *Caſtitatis Amor & Votū.*

Matris blandimenta fortiter contemnit.

parcam. Ad has fæminæ voces
ceu ſerpentis alicuius ſibilun
exhorruit caſtus animus , &
ceſſa, ait, ceſſa Mater, eiuſmo
di mihi ſuggerere cogitatio
nes. Huic conſilio , nec æta
mea apta eſt, nec voluntas op
portuna. Quo Matri reſponſ
dato , repentè ad Patrem So-
cietatis aduolat , & quàm cal-
lidè , inquit , ô Pater, me ag-
greſſus eſt hoc veſpere anti-
quus humani generis hoſtis
Cacodæmon? DEVM immor-
talem , quam fallax & vafer eſt
piſcator ille animarum , qui
mortiferum hamum ſpecioſâ
eſcâ obductum Pueris , quaſi
piſciculis in ſempiterno igne
excoquendis ſolet obtrude-
re! aduerſus quem ſicut diui-
nam in me expertus ſum cle-
men-

nentiam ; ſic & hoc tibi , vt
ɔro me grates , vnâ mecum
Deo perſoluas volui ſignifi-
ːare. Sed nec multò poſt, peri-
ːuloſiori impetitus eſt iaculo.
Adijt illum Patribus inſcijs
Frater germanus à parentibus
n hanc aduerſus Michae-
ːem expeditionem ſuborna-
ːus. Rogat, ſibi in re graui cre-
lat ; parentibus ſenio confe-
ctis, id beneuolentiæ ne dene-
get ; Vxorem ducat : nihil ſuis
ieri poſſe gratius , nihil ad
ſplendorem generis illuſtrius,
nihil ad rem familiarem au-
gendam, amplificandámque
vtilius aut nobilius : ſiquidem
lle inter Biſaygenſes reliquos
antecellat, qui plurimum affi-
nitate ſit auctus. Reſpondit
Fratri Ayatumus: Quin tu po-
tius,

Fratris machinas conſtanter repellit.

tius, parentes noſtros admo-
ne; idem mecum vt ſentiant;
CHRISTVM Dominum, ſicut
veriChriſtiani colāt,in eo ſpes
ſuas collocēt: quòd ſi quis eis
moleſtiam creet, illam æquo,
ob eius amorem animo per-
ferant; ſciántq;, atque iterum
intelligāt, me nolle vllo pac-
to de Matrimonio quidquam
ſtatuere. Sub vltima demū vi-
tæ tempora, inuiſit præſidum
iuſſu Parentes ſuos, quò illos
ſalutaribus monitis inſtitue-
ret. Simul verò tecto ſubijt,
ecce tibi lamenta & gemitus.
Hinc Mater cadētibus lachry-
mis; inde Pater ætate grandæ-
uus; vtrinque conſanguinei
reliqui vno quaſi ore excla-
mant: *Heu, te perditū* MICHAEL!
reſipiſce: Vxorem, quæſo, accipe: Bi-
ſagaa

ſagax reliquos imitare: Virginitatẽ, inauditum hunc morem, Hiſpanis, & Patribus relinque. Vix hæc acceperat Adoleſcentulus cùm ſibi magis, quàm ſuis metuẽs, initâ ſtatim fugâ, ex ędibus paternis ſeſe proripuit; nec ab eo tẽpore vnquã, vel parẽtes, vel conſanguineos cõuenire voluit, tanquã certos caſtimonię ſuæ & capitales hoſtes Quin & mũuſcula, ab ijs idẽtidẽ miſſitata nõmodò reſpuit, velut irritamẽta malorũ, ſed ſi qd fortè illo absẽte ac neſciẽte, à Ianitore fuiſſet acceptũ, ſtatim expediuit ad parentes aliquẽ, q diceret; ne donationib' illis porrò moleſti eſſent: ni faxint, fore, vt quæ acciperet, ꝓtinus porcis abligurięda obiectaret. Atq; hæc quidem minabatur, ca-

Propinquorum lachryma contemnit, fugit, vitat.

Munuſcula & bellaria conſanguineorũ non acceptat.

caſtus Adoleſcens; bellaria interim, aliáſque id genus delicias, quæ ſibi paratæ erant, æqualibus ſuis hilari, ac liberali vultu diſtribuebat.

EVROPÆVS.

I.

IN hac te, INDVM, virtute, ſi vlla in alia, EVROPÆE velim: habet enim Pudicitia vitium ſibi contrarium, quod ne nominari quidem coram Adoleſcente decet. Nunquamne, in manus tuas peruenit, Nicetas Drexelij? nunquamne ad aures? ad oculos? ad animum? Vel Epilogum, quæſo, Libelli illius familiarem tibi fac; dices; VENI, VIDI, VICI. Certò certius noueris, nunquam hoc in bello defuturos hoſtes. Eremum cum Machario pete; reperies ſtrophia, videbis ſandalia, audies Sirenum carmina. Ac ſi nullus aliunde hoſtis negotium faceſſat; tu tibi hoſtis fies; & non vinces,

NICETAS *Drexelianus Iuueni legēdus, & imitandus.*

ces, nisi vincaris. O quanti, sæpe hac in arena Iuuenes periêre? tibi EVROPÆE non dissimiles; vernante ætate, aureâ Cęsarie rubente & ridente ore! Oraculum crede, omni Delphico verius, quamuis à Poëta editum:

Illum perijsse Iuuenem; cui quidem perijt Pudor.

Audi terribilia, & caue.

II. In celeberrimâ ciuitate Lubecensi, matrona erat venerabilis, & Consulis Vxor, quæ vno partu tres filios edidit, quorum vnus Elephantiasi, alter in aquis, tertius, de quo nobis sermo, suâ manu perijt. Erat hic, eleganti formâ, & acri ingenio Iuuenis, auro diues, veste comptus, nec incultus moribus; sed quod fœdauit omnia, libidinosus. Vnde post variam incontinentiam, impegit in vnam earum, quæ formâ vincere credebatur omnem Lubecensium fæminarum pulchritudinem. Hæc miserum inuerecundi amoris vinculo nexum in sua castra sic captiuum duxit, vt eum nec numorum dispēdium, nec fractæ libi-

In Nicetá Drexelius l. 2. c. 12. Testisque scripsit & nouit, ex quo citatus Auctor.

libidine vires, nec DEI timor, n
terror gehenæ, nec publica honesta
nec amicorũ priuata correptio à tu
pi consuetudine potuerint abduc
re. Qua ex re factum, vt crumenâ ia
depletâ, etiam necessarijs inciperet
egere. Quod vbi mater aduertit (Pa
ter iam naturæ concesserat) filium
indignam natalibus pauperiem in
currisse, materno affectu mota, b
terúe iterum, atque iterum, æs gran
de filio donauit, simúlque monuit
illachrymans, memor esset DEI, ge
neris item & honoris, memor saluti
æternæ: probrosam consuetudinem
renunciaret, atque de cætero lasciui
suæ impetus cohiberet virili animo
Sed heu! fulsêre cæco lumina, surd
cecinit Philomela. Voluit infelix, &
non voluit; languidè conatus est, &
ideò è libidinum cœno eluctatus no
est. Tandem cùm videret Mater
quidquid largiretur, in filij perni-
Scelus ex scelere. ciem abire, animum obdurauit, &
clausit manus. Iuuenis animum, &
multum Matris mutatum obseruans,
ege-

egeſtate, & libidine conſultricibus
peſſimis, ſtricto enſe in Matrem ir-
ruit, non ſemel, & (horreo dicere)
calcibus etiam protriuit, ſeuerè mi-
natus, iam confodiendam, ni ocyus
promptâ pecuniâ duræ neceſſitati
ſuccurreret. Miſerrima Mater, ſub
filij, velut hoſtis gladio contremuit,
& territa tam præſenti periculo, quid,
quid exigebatur, quamuis inuita do-
nauit. Neque auſa eſt, ſui parricidæ
crudelitatem ad cognatos, aut ma-
giſtratum deferre, verita ne fortè
primores ciuitatis, quorum rigida
æquitas iam innotuiſſet orbi, fili-
um tantæ improbitatis reum ſeuerâ
ſententiâ fulminarent. Tacuit er-
go, & quanto potuit ſilentio rem
preſſit. Sed breui, neſcio cuius lin-
guæ vitio tanti facinoris fama per o-
mnium aures ſpargebatur. Quo-
circa conuenerunt cognati, & con-
ſilijs agitatis, Iuueni ſub pœnâ ca-
pitis interdixerunt, ne ſimili auſu,
gladium vnquam in matrem amplius
ſtringeret, aliaúe iniuriâ eâ afficeret.
At

At ipſe, effrons alioqui, ad Manli
num hoc edictum erubeſcens, ſtati
maternis ædibus excedere, & vi
matris oculos exire inſtitit. Et ne ſ
lus erubeſceret, in totius familiæ n
tam & dedecus, ipſe cum infami m
lierculâ, in proſtibulo habitare co
pit. Hîc poſt ſericas veſtes conſum
ptas, poſt diſſimulatam diu famem
poſt marſupia omnia exhauſta, æg
animi & dolore vix conſolabili tab
ſcens, ſine re, & propè iam exſpe
partim febri æſtuare, partim omn
deſperare, & inferendæ ſibi necis cō
ſilium coquere. Cúmque malum i
dies creſceret, nec mali remedium v
lum occurreret, iam impar ægrimo
niæ, morte decreuit tam acerbam vi
tam abrumpere. Verum, ne quis tan
funeſtæ Tragœdiæ Epilogum impe
diret, mulierculam, quam ad id tem
poris deperibat, cum fictis negotijs a
liò amandauit. Illâ domum egreſsâ
ille iam ſolus, & abſque arbitris, è cu
linâ cultrum rapit, & ſecedit in hor
tum, vbi ſcilicet *Incontinentia* ſuum
ſib

ibi triumphum ſtatuerat, hîc vagum
umen in omne latus circumferens,
n ſolitudine ſe deprehendit. Itaque
liſſibulato raptim thorace, pallium
norbo pectus nudauit, & cultri ma-
ubrium infixit parieti ligneo; tan-
ôque ſeſe impetu in aduerſum mu-
ronem impulit, vt oſſeâ crate pecto-
s transfoſsâ, dorſi quoque ſpinam
olaret. Hoc vulnere ſaucius in ter-
m corruit viſóque ſanguinis efflu-
o, ſæuioribus furijs agitabatur,
uòd inuiſum ſpiritum tam acerbis
npulſibus, exturbare non poſſet.
eu, triſte ſpectaculum! Et en, quo
rore ſuimet carnifex hærentem et-
mnum pectori cultrum in orbem
tet, (vt è ſignis in cadauere patuit)
cera laceret, & ſceleſtum animum
n tam emittat, quàm eijciat. Re-
t, interim domum infelix fæmina,
in horto demum reperiens amaſi-
n in ſuomet ſanguine volutari; ex-
lluit, & linquente animo, humi
llapſa eſt. Tandem reſumptis viri-
s, cùm ad ſe redijſſet, omnem vici-

Terribile Incontinentiæ exemplũ.

niam fœdo eiulatu conciuit. Vicin
in hortũ cateruatim irruentibus, ip
lachrymis infuſa, quo habitu cadau
reperiſſet, narrauit. Mox fama per v
bem, & ad matrem euolat. Ad hur
nuncium Mater, velut leæna rapt
catulis irrugiens, pallore ſuffundi,
pœnè alterum funus fieri, mox a
hortum non ire, ſed currere. Hîc in
ter ſpirantes flores, tam fœdè extin
ctum filium offendit, & mox, prim
aſpectu animâ deficiente, velut cu
filio moritura, in herbam procubui
In fletum adduxit ſpectatores iam
pœnê geminum, aut triplex funu
Mater è defectione recreatâ, vber
rimis perfuſa lachrymis, & maden
tes oculos in filij pellicem obuerten
ô mulier, inquit, quid feciſti? meun
mihi ſanguinem tu ſeduxiſti, horun
omnium cauſa tu es, ô infeliciſſima
Alterâ luce, cognati vix plurimâ pe
cuniâ impetrarunt, liceret ſibi miſe
rabile funus terræ mandare, quod le
ges flammis dare voluiſſent. Ita hi
Iuuenis ſui ipſius Carnifex, in pro

fanc

ſano ſepulcreto humatus eſt. Nocte
ynicâ poſt ſepulturæ honorem ex-
ctâ, tumuli terrâ, ita ſubſedit repen-
inâ labe, vt nonnemo conijceret,
Cacodæmones; qui animam rapue-
ant, etiam corpus abſtuliſſe. Ipſe
go, (inquit ſcriptor rei geſtæ) vidi
ongeſtam glebam in eminentiorem
umulum: at verò poſterâ die tantum
erræ dehiſcebat, vt difficile fuerit
redere, hominem illic ſepultum eſ-
e. Iterum dico:

Exempla caſtitatis lectiſſimo Epigrãmate cãtata apud Bidermannum leges.

Illum periȳſſe Iuuenem; cui quidem periȳt pudor.

INDVS.

CAP. XXIII. *Studium Paupertatis.*

PAVPERTATIS verò eam rationem habuit, quæ reli-
ioſum etiam hominē ornare
oſſet. Ne Pomum quidem ex
orto, vel ipſe attigit, vel fer-
e potuit, cùm ab alijs furtim
gerētur: ideóq; ſubmonere
litus eſt eos penes quos erat

 ta-

talia vel prohibere, vel cast
gare; ne quid ſcilicet, à que
quam in tam ſanctam virtut
peccaretur. Paucis ante obit
diebus linteum ipſi à parenti
bus dono miſſum remiſit: ſiu
quod affectui, qui in eiuſder
munuſcula facilè intemperã
eſſe ſolet, timeret; ſiue quo
redundantia penes ſe eſſe nũ
quam pateretur: adeò, vt ne
ſumptus, ſui causâ fieri, ne
occupari opifices vellet: vnd
& Togulam, in qua deinde ſe
pultus eſt, ſuápte ſibi manu
Adoleſcens ſolertiſſimus cõ
cinnauit.

EVROPÆVS.

I.

NEſcio, an hanc à te virtutem ex
igere, tuâ pace poſſim, EVRO
PÆ

ÆE: quàm tu clauſtris relinquendã, & illis, qui cum ſancto Petro dicere auſi ſunt, ECCE NOS RELIQVIMVS OMNIA, reſpondebis. Sed, amabo te, n quem religioſum ordinem iurauerat noſter INDVS? nunquid rerum ſuarum, ſuæ voluntatis adhuc erat Dominus? an verò non eodem tendis, & aſpiras, quò ille? idem vtriuſq; ſcopus, cœlum eſt? cur non ergo, eadem ſtudia? eadem vtrique via? At rides, in POMO, puerum, tam religioſum fuiſſe, Rudis es, ô bone! (ne quid grauius dicam) qui neſcias, quantum ſæpe mali in MALO fuerit. Protoplaſtos parentes taceo, Iudicium Paridis omitto, Theodoſij illud, an Eridis pomum, ne attingo quidem: affectus hîc ſpectandus, non pretium, aut fructus.

Videatur Geneſis, Vergilius. Raderus

II. Duo, per amœnum quoddam pratum, floribus conſitum incedant; quorum alter nihil cogitans, animi tantum, aut conſuetudinis gratiâ floſculum carpat; alter verò, maiora ſecum voluens, tangere nihil eorum velit, eo animo vt eam Deo abſtinentiam

Alijs verbis eandem rem Bloſius ponit

tiam consecret : peccabit quidem
duobus istis, nihil ille, qui carpsit
tanta verò illius merces, qui vim si
bi in abstinendo fecit, erit, quantu
hæc Terra, à cœlo est. In hanc senten
tiam Blosius : quid iam Cæsarius, ve
tus scriptor.

III. Seruulus Patris cuiusdam fa
milias, cetera bonus & frugi, audien
forte Adamum, primum humani ge
neris parentem, vnius pomi esu tan
iniqua vili & obiectâ re victum sto
machari cœperat, seséque iactitare
si grauius quid sibi, non à Deo se
homine & Hero suo imponeretur
eius se mandato inobsequentem no
fore. Intercesserant, dies aliquot, &
Arculam illi Herus asseruandam de
derat, cum imperio; ne operiret. Mo
seruulus secum ipse disputare, & in
quirere cogitando; ecquid nam sul
eo sigillo lateret, quod tam sanctum
Herus haberi, nec temerari, aut ape
riri vellet. Victus demum pernoscen
di arcani desiderio, solitudinique
confisus aperit Pyxidem : ex quâ re
pen

Lib. 4. cap. 75.

Facilius est censere, quam præstare.

entino volatu Auicula, quam He-
us incluſerat, libero aëre aufugit.
Quid faciat, miſere ille Thraſo, alie-
ique facti cenſor, EVROPÆE? Ad
Dominum adit, pacem rogat; cul-
am deprecatur. Cui ille, ecce tibi,
nquit, ſerue nequam; Adamum tu
ccuſabas pomi carptorem, & ipſe
am in re multò viliore, (quæque pa-
atum non ſollicitaret aut afficeret)
ontra meum imperium egiſti. Fu-
tuario vtique dignus. Plus tamen il-
ud quod idem narrat habet admira-
onis: ex quo, quantum in homine
ffectus poſſit, deprehendas.

Aliud ex Cæſario.

IV. Militi ob peccatum neſcio
uod, pœna, à Sacerdote imponenda
rat: cui Sacerdos eam gratiam fe-
erat, ipſe ſibi modum mulctæ ſtatu-
ret. Homo ferox, & durorũ impati-
ns; nullã, inquit, pœnam ſubire po-
ero, niſi hanc fortaſſe. Eſt pro ædibus
neis pomus, amariſſimorum fructuũ
erax; quos ne guſtare quidem vn-
uam potui: illa mihi poma prohibe,
c obſequentem habes. Prohibuit Sa-

Militis in re nihili mirus labor, & Tentatio.

cerdos obijt Miles. Quàm verè ill
Nitimur in uetitum. Quoties enim
cunque poſtea, arborem illam Mil
præteribat, recordatus prohibition
adeò trahebatur affectu ad eſum p
mi, vix ſibi diutius vt temperaret.
Quadam denique die, tanto cupid
tatis impetu rapiebatur, vti frutice
conſcenderet, manum extenderet
pomo applicaret: præter morſum,
audaciam nihil deeſſet. Reduxit t
men manum victor; ſed mox eande
eôdem applicuit: quo quidem cert
mine, & alternatione, totum illum
diem conſumpſit: donec appetente
nocte, vix demum victor inde ſe
uulſit.

INDVS.

CAP. XXIV. Alacritas obſequendi.

DE alacritate eiuſdem in
obſequēdo, & ad nutum
quemuis parendo quid dicā
Tam parui curam ſui, tam
magni, DEI, & maiorum ſuo
rum

rum voluntatem duxit. Non fuit inter tot eius collegas, qui celeritate obtemperandi MICHAELEM vinceret: proinde expeditum, & in quæuis mandata paratum reperit eum tã maior, quàm æqualis aut minor: cùm non à quo sed quid præciperetur, attenderet. Ipsâ illâ luce, quàm vltimam inter mortales vidit, missus cum aliquot alijs puerulis ad ientaculum; vt inde ad flumen quoddam pannos elutum se conferret, *Quin potius*, inquit, *prætermisso ientaculo*, DEO *parendum*, potius, *deinde corpori faciendum satis*.

In obedientiæ negotio moritur.

EVROPÆVS.

I.

LEo senex, cùm alia docere solebat Filium suum, præstãti indole

Leunculum, tum illi præcipere, ne vnquam, cum eo Animali quod Homo dicitur congrederetur, atq; in arenam depugnaturus descenderet: quod & magno, atq; inuicto animo esset, & ingenio, præ quã alia animalia consuessent, excelleret. Adolescens parentis illa quidem verba audiebat, sed parum illis obsequi iuuenili quadam leuitate curabat. Enimuerò ad robustiorem ætatem cùm peruenisset, virésq; suas in imensum excreuisse animaduerteret, non iam Leunculus, sed Leo; imemor, aut certè contemptor paternarum monitionũ ex speleo suo in lucem progreditur die quadam, eo animo, cum homine vti prælium comitteret, siue virium experiendarum, siue gloriȩ parandæ studio. Ita plenus animo ac robore, per agrũ ingressus, oculos passim circumfert & binos fortè sub iugo boues aratrum multo sudore impellentes conspicit. Accedit, & nũ homines forent, rogat. Illi quidẽ homines se esse negant, sed ab homine sub iugum atque aratrum mis-

Apologus Leonis & Leunculi.

Iuuenilis ardor cõsiliorum impatiẽs.

miſſos, multis cum lachrymis narrãt.
Poterat ſapere hac denũciatione Leo,
Præceptorúmq; ſui Patris meminiſſe,
niſi iuuenilis ætas, EVROPÆE, viribus
ſæpe pluſquã bonis ac ſalutaribus cõ-
ſilijs crederet. Digreſſus à bob⁹, Equũ
cõſpicatur ad arborem in triuio alli-
gatum, freno, ephippio, ſarcinâ one-
ratum. Cui ille; tune, inquit, homo es?
qui cum decertare animus mihi? mi-
nimè quidem ego ille ſum, reſpondet
Equus: ſed homini ſeruitutẽ ſeruio; à
quo & his me lupatis vinctum, & his
operibus ſubactum cernis; cui volens
nolens obtempero. Littori verba: ne-
que huius calamitate Equi ſapienti-
or factus Leo inſiſtit porro quærere,
& de homine circumſpicere. In ſil-
uam abit, ibíque ligna findentem re-
perit quendam; cui, Homo, inquit,
uideris; nunquid ita? Et, homo, etiam
it: quid ades? Pugnabis inquit Leo,
mecum. Non fugio quenquam, ſubij-
it. Homo: ſed quæſo te diſtrahe pri-
s hanc arborem, cui vides ferreum
unc conum à me impactũ: ſic & pro-

ludes certamini, & vires tuas mihi o
ſtentabis. Nihil moratum ſtolidun
pecus vngulas fiſſuræ trunci inſerit
& eo quidem vſque partem vtrámq
impellit, dum excidente cuneo arbo
in ſe redit, prensíſque intra fiſſurar
pedibus captiuum tenet. Hîc iam ir
rugire, furere, & horrendum præ do
lore vociferari Leo. Nec minus, lig
nator clamores tollere, manus auxi
liares in aduerſarium de agro vndiq
vicino aduocare. Concurritur. Ill
miſer, cum ſe in ſummo diſcrimine
verſari animaduerteret, omnibus vi
ribus adhibitis, pedes de ligno emoli
tur vngulis inter arborem relictis. Vi
igitur è manibus concurrentis multi
tudinis elapſus, cruentis ad Patrem
ſuum, atque exarmatis pedibus re
uertitur; & ô mi Pater, inquit, ſi mo
nitis tuis paruiſſem, vngulas non a
miſiſſem.

Docet Fabula, quantũ noceat non obſe- qui ma- ioribus.

II. Quid hâc te fabellâ doceo
EVROPÆE? in primis quidem obſequ
Parentibus; tum Preceptoribus atqu
Magiſtris; demum alijs atque alijs; &
quot

quotquot tibi vel ſalutaria ſuadent, vel perniciosa diſſuadent: niſi magno malo mactari aliquando, commeritáſque neglecti obſequij pœnas dare velis, & ſerò lachrymari.

III. Equidem, cùm omnis peruicacia Deo odioſa eſt, tum illa, quæ optimis conſilijs locum negat: & rectè ait Biſciola noſter; filios vix inueniri, qui diu vixerint, parentum imperio contumaces, eorúmque pietatis, & reuerentiæ contẽptores; aut certè omnino paucos: quando & ſacræ litteræ diuturnitatem pollicentur ijs, qui parentes in honore habuerint; breuitatem ijs minantur, qui eoſdem ſpernati fuerint; cuius rei illuſtria quædam producit vir & doctus & ſanctus, Bernardinus Senenſis teſtimonia, celebri illo opere, de Euangelio æterno: ſed hoc vnum maximè illuſtre Adoleſcentis omni flagitiorum genere cooperti: qui cùm parentum contemneret imperium, & aſpernaretur monita, vt latro captus, & ſuſpendio affectus, in ipsâ cruce mor-

Lælius Biſciola Horat. ſubiec. lib. 17. cap. 10.

Sermone 7. cap. 7.

tuus, cùm ſine barba eſſet, mox tot
inſpectante populo, & barbam emi
ſit, & faciem arauit rugis, & vſque
adeò canuit, ac ſi extremâ ſenectut
eſſet. Ad rem prodigioſam cum Cle
ro, & reliquo populo loci Epiſcopu
accurrit; erat is locus prope Valen
tiam in Hiſpania; atque vt erat bo
nus & doctus indicto ſilentio: noſtis
inquit, omnes quæ vita fuerit Ado
leſcentis huius, quæ ſcelera: quâ æta
te in Crucem actus vidiſtis: nunc ſe
nem illum, ac decrepitum in patibu
lo intuemini: factum hoc æquiſſim
DEI præpotentis iudicio: videlicet
vt vniuerſi cognoſcatis, futuram ip
longè diuturniorem vitam, niſi pa
rentum ſuorum iuſſis, & monitis præ
fractè repugnâſſet; quam idcirco e
præcidit. Ita cautior tu. *Et honora Pa-
trem, & Matrem tuam, vt ſis
Longæuus ſuper ter-
ram.*

Iuuenis parentibus refractarius in patibulo repente barbatus & canus apparet.

Exodi, 20.

IN-

INDUS.

MAgno tulit animo Adolescens, si quid humanitus accidisset, & ad omnes casus & fortunæ vicissitudines solerte curâ se præmuniuit: illud frequens secum reputans, patiẽtiâ & lõganimitate innumeris superiorem fuisse incõmodis, omni seculorũ memoriâ celebratissimum virum Iobũ; & ex inferiore sexu, beatissimã Virginẽ DEIPARAM, & propter Crucẽ demortui filij inter acerbissimos animi dolores lõgo silẽtio inuictáq; constantiâ pẽdurantẽ; nec ad instar præficarũ aliarúmq; muliercularũ aut humi ruentẽ aut vnguibus faciem fędũ in modũ laniantem & saucientẽ. Hæc cogitatio-

CAP. XXV.

Aequanimitas & constantia in puero. Virilis.

Exempla Diuorũ sibi proponit.

tiones MICHAELI pro Clypeo & præſidio fuêre, quò facile omnes humanos caſus aut eluſit aut ſuperauit. Diem ſupremum clauſerat eius frater, quem vnicè MICHAEL diligebat. Comploratio erat, inter affines & conſanguineos ingens facta, more Biſagenſium antiquo, qui ſuorum funera, non lachrymis tantum, ſed magno etiam vlulatu ac gemitu, die noctúque inſomnes proſequuntur: ſolus MICHAEL animo immoto ac imperturbato, oculíſque ſi vis dilecti funus Germani ſpectauit: non quòd ſenſu careret Adoleſcens, cerâ mollior, ſed quod dolendum non videretur, ob eum caſum, quem ſine diuinâ prouidentiâ accidiſſe, non putabat.

Fortiter fert mortem fratris.

Comploratio Biſagenſiũ in morte ſuorum.

EV-

EVROPÆVS.

I.

VIri sunt hæc, inquis, non Adole-
scentis: idem inquio; sed Adole-
ens fecit. Nihil impedit, quò minus
paruo corpore, magnus animus esse
possit. Et nescio quid antiqui ro-
oris, fortitudinísque Indorum iu-
entuti largitus sit optimus Deus,
uam non in aduersis modò casibus,
opularium propinquorum paren-
m iniurijs, in ipsius etiam mortis
rribili conspectu fortiter non rarò
eclarauerunt; vt iam minus mirum
deri tibi debeat EVROPÆE, Micha-
em æquo tulisse animo obitum ger-
ani, cum Gentiles ipsius vitam pro
hristo ponere, etiam ludum puta-
nt. Qua nocte Nangasacum perla-
m est Taicosamæ, Regis mandatum
e quinquaginta Crucibus parandis,
quas Christiani erant paulò post a-
endi; dici non potest, quantus sit
ortus ardor in populo, quod tam
oriosâ occumbendi ratio offerra-
tur,

In vitam pueri, viri virtus cur ponatur.

Constantiam Indis Adolescentibus ferè propriam exempla darent.

I. *Nangasacensis Pueri.*

tur. Primarius quidam vir cum vxor
ſuâ hac illac diſcurſans parabat ſe a
Martyrium. Decumbebant eodem i
cubiculo duo ipſorum filij, alter
quinquennis vel ſexennis, vndecin
añorum alter. Hic maior audito dil
curſantis ſtrepitu exiliens è lectulo
curſu contendit ad patrem, ſciſcita
tum, quid rei ageretur: re breuiter
cognitâ, mox percontari pergit: Vo
biſne, inquit, Pater mi, moriendum
Cum Pater ſubijceret; etiam? O, in
quit, quanto exulto gaudio! ſic enin
& mihi licebit vos ſequi. Deinde
digito demonſtrans fraterculum
dormientem: quid verò, inquit, d
illo fiet? reſpondit parens; nobiſcun
vnâ erit Martyr. Tum puerulus: Ian
duplicatum ſentio gaudium, quan
doquidem omnes ſimul ab hoc Mun
do migrabimus in Paradiſum. A quo
dam alio puero quinquenni in prin
cipe domo Nangaſacenſi, quidam
Patribus Societatis, percunctatus eſt
quandoquidem iam venirent Chriſt
hoſtes, vt ex Regis voluntate inter
iman

nant Christianos, quid respondere
ogitet; si rogatus fuerit, an Sacra-
entum Baptismatis suscepisset?
espondebo inquit Puer, me esse
hristianum: sed si, subiecit Pater,
m ob rem te velint occidere, quid
cies? respondit; præparabo me ad
ortem: at quomodo, inquit, Pater:
spondit puer, cum admiranda
rtitudine, manantibus inter verba
chrymis vsque ad mortem implo-
bo Iesv misericordiam: Tantus in
us pectusculo ardebat ignis Spiri-
s sancti, qui linguas Infantium
cit esse disertas. Cochinensis puer
holarum nostrarum, quas breui
mpore adierat auditor, à Sara-
nis captus, manibus, pedibúsque
uro fune constrictis, ad arboris trũ-
m religatur. Iámque eminus impij
nato arcu ni religionem Christianã
uret, destinant vulneri locum. At
uer adamantinâ Fidei loricâ tectus
spondit: malle se mortalis huius vi-
, quam Iesv Christi (quæ vera est
ta) iacturam facere. Illi hoc tam
con-

II. *Cochinẽsis pueri.*

constanti responso attoniti, hoc tan
tum; flagris eum atrocibus cecide
runt: quos quidem ictus, non tantu
patienter pertulit, verùm & summ
cum gaudio, quoniam dignus hab
tus esset pro nomine IESV contume
liam pati. Cuius hæc ætatis ac tem
poris videntur, tibi EVROPÆE opt
me? nostrine, quo sceleribus ac Ha
resibus omnia scatent? an primæ po
tuis Ecclesiæ, & antiquæ pietatis? Io
bum in fimo MICHAEL, Beatissima
Virginem sub Cruce frequens cons
derabat: his alias fuisse cogitation
putas?

Antiqua Ecclesiæ feruor Martyrij in India renouatus.

IV.

II. Miranda & illa fuit animi cō
stantia; quam duo pueruli Patre Ar
meno nati, sed Christiano, in Aul
Regis Mogor cum ipsius nepotulis
ducati ostenderunt. Qui cum pro
pter egregiam animi indolem, tum
propter elegantem corporis forma
qua cæteris vbi pueri illi Babyloni
præstabant, ita in se omnium mente
atque oculos conuerterant, vt de
Proceribus nemo esset, qui de ipsis

Petrus Iarricus Hist. Indicæ Tō. 3. lib. 5. cap. 17. Legitur & in Paradiso puerorū.

benter, & honorificè non loquere-
ur. Quin & Rex ipſe in amoribus, &
elicijs eos habebat. Sed quàm illis
rodeſſe oportuerat Regis, ac Pro-
erum beneuolentiam, humani ge-
eris hoſtis inuidia damnoſam pror-
ıs, penéque exitialem fecit. Cum e-
im aliquando in regis conſpectum
dducti, miris de more laudibus effer-
ntur; Saracenorũ illic neſcio quis,
alo (vt creditur) pulſus genio, ex-
amare; dolendum iſtos pueros tam
ımia Indole à Saracenorum ſectâ
uiſos. Hinc de cultu religionis ſer-
one nato, ſciſcitatur ex pueris Rex,
iam ipſi Religionem colant: illi ſe
hriſtianam & amplecti, & colere.
ım ille: Agite igitur, ſi Chriſtiani
is, porcinâ veſcimini. Pueri, quòd
aracena olim muliere, vna ex de-
ncti Regis Vxoribus educati eſſent,
ıtum illius cibi odium cum lacte
tricis ſuxerant, vt ne vel ipſum au-
e vellent: potiſſimum verò natu
ior, quem ipſe etiam parens ad eã
ſcendum adducere nunquam po-
tue-

Quantũ poſſit bona inſtitutio.

tuerat. Regi itaque respondent h
vt faciant, legem suam neque iube
neque ne faciant prohibere. Q
quidem responso dies ille cum disp
tatione clauditur. Manè insequen
ad Societatis IESV Patres adeunt pu
ri, rem ipsis exponunt. Illi pueros
nimant, & si deinceps premantur
quo se pacto gerant, edocent. Fut
rum enim præuidebant Patres, vt R
haudquaquam istis acquiesceret
quod & euentus comprobauit. Die
námque altero sub vesperum, eos it
rum Rex aggreditur: sed frustra; i
lis nimirum se acriter, & strenuè d
fendentibus: quod ægrè ferent
Mahometani, qui aderant Regem a
incepto, ne desistat, hortantur.
gratandi illis animo, pueris ab au
egressum interdicit, certo eis loc
tanquam carcere, assignato, quò fa
cilius omni spe destituti, victi manu
tradant. Inde aliquo interiecto spa
tio, ad se Rex euocat: de porcinâ ite
rum quærit; velintné vesci? Tum mi
nor natu, si Patres, ô Rex, hoc in man
dati

Duorum puerorũ cum Rege Moyor certamẽ.

latis nobis esse dixerint, parebimus.
d de industria scilicet à Patribus So-
ietatis IESV instructi, responderunt:
t, si Rex illos ad se accersiri iussisset,
ueris eâ occasione opem, animósque
ue suggererent. Iámque parabat
.ex mittere, qui auersarent: verum
oc pueri responsum quidam ex ijs,
uos Regius fauor tutabatur, ita
olestè, grauitérque tulit, vt ge-
inum ei colaphum mox impegerit,
cens: Tun' impudentule, quando
ex aliquid iubet etiam Patres au-
ras appellare? Hoc facto Rex in-
tatior, missam faciens de porcinâ
æstionem, radici securim propius
mouet. Agedum, inquit, vos nunc
ortet Saracenos fieri: *Calima* igitur
a est, Mahometanæ legis profi-
dæ formula) actutum edicite. ab-
unt pueri. Mox ille virgas afferri
et, quibus homines facinorosi cæ-
olent. hoc supplicio territi pueri,
æ sibi verba præibant Saraceni vo-
admodum imperfectâ ægrè mussi-
tant.

Recusãt porcinã edere.

tant.atque ita tristes mœstíque ad c
bicula sua dimittuntur. Die poste
Chirurgus à Rege mittitur, qui vtr
que circumcidat : illi qua plorand
qua modis alijs resistendo, rem à s
auertunt. Quo Rex audito, pueros
bi sisti imperat : ab his causam quær
cur circumcisionem detrectēt. Qu
inquiunt illi, Christiani sumus, neq
ad hanc vnquam adduci patiemur.

III. Hoc à pueris accepto resp
so, ad promissa & blandimenta se c
uertit ; minatur etiam grauiora su
plicia nisi pareant. Vbi ad hunc m
dum se noui Athletæ impugnari v
dent, suáque sibi nequicquam pr
desse responsa ; horum alter ad R
gem conuersus : per amorem inqu
Domini IESV (hoc Regi nomen gr
tissimum fuisse acceperant) ne n
circumcidi iusseris. Ob eum verò, in
quit Rex, vel maximè, atque vi, re is
subijcit puer, non delectatur. Sed R
nullas admittens, vltra rationes, ma
nibus pedibúsque apprehensos, nih
eorum lachrymis, nihil eiulatu com
mo

motus, in conſpectu ſuo circumcidi ubet. Quo peracto, iam inquit agite, quando Saraceni eſtis, *Calima* noſtrũ ecitate. His iterum conſtanter abnuentibus, ad flagra venitur: tenella udantur corpora, plagæ infliguntur deò duræ, adeò immanes, vt de aſtãibus plerique præ innocentium cõniſeratione tantum non lachrymas rofunderent. Videbant ſiquidem ræter effuſum in circumciſione ſanuinem, eò iam ſæuitiæ adductum egem, vt à puerulis & numero, & lagarum modo, plus repoſceret pœæ, quam ſoleret ab ipſis etiam reis, facinoroſis hominibus. Quare aior natu annum agens quartum decimum, verberum atrocitate vius ante decimam quartam plagam anus tradit. Iunior qui vndecimum ondum exceſſerat, etſi victum fraem videt, animoſior luctũ ſuſtinet; quos parendo Regi ictus à ſe auerrat, in ſe fortiter recipit; ad quorum ngulos ex ore puelli nihil audires, iam ſuauiſſimas illas voces: ah! Do-

Circumciduntur inuiti.

Verberũ atrocitate vacillant.

mine IESV. Mirari omnes pueri co[n]stantiam, & iam rex ipse iram para[bat] bat remittere, nisi (pro malum) furia[lis] lis Megaræ filius aliquis, plagiario cohortatus animâsset, cuius impul[soris] soris vox nefaria tantum potuit, vt tenello corpusculo plagas triginta creauerit, easque adeò atroces, vt vel robustissimum facilè deijcerent. Hac ergo tandem verberatione fra[ctus] ctus puer, quo se tam longo eximere supplicio, ad quæ ipsi vellent, parati[m] se clamitat; sed non nisi adiectis a[d] priora tribus, quatuorúe verberibu[s] dimittitur. quod is nimirum (vt ill[i] quidem aiebant) serius resipisceret haud multò grauiores pœnas datu-rus, si modicum adhuc sustinuisset. Et verò non vulgare magni animi in puero argumentum fuit, tam longo tempore restitisse, nullo præsertim auxiliante, nedum animos suggeren-te: immò circumfrementibus vndiq; lupis rapacibus, necem & cruorem huius ouiculæ sentientibus. Adde re-gis infensum animum; quem si vni-

cum

cum improbi illi in ſe conuerſum ha-
buiſſent, haud ita multis cogendi fuiſ-
ſent verberibus, vt ab Alcorano ſuo
ad Chriſtum ſe conuerterent. Hoc vi-
ctoriæ ſimulacro potitus Rex, eos in
ſua cubicula curandos dimitti iubet.
Ea ipſa nocte Societatis IESV Sacer-
dotes horũ ignari pueros adeũtes, in
pauimento ſtratos, & præter ſolitum
mœrore cõfectos, ſine voce quaſi ex-
animes reperiunt. Mox vt illi adeſſe
ſentiunt, mox clamare iunior: *Domi-
ne Pater, Chriſtianus ſum, Chriſtianus
ſum*: & quamuis illi quod ſibi libuit
de carne noſtra præciderint, nobis id
tamen reluctantibus & inuitis, ſola
vis flagrorum animos noſtros viſa eſt
inflectere; quæ tamen & ipſa luben-
tes pro Chriſto tulimus. His puero-
rum quæſtibus & lamentis commoti
Patres ob infirmam ætatem lapſu cõ-
donato conſolãtur, bono animo eſſe
iubent, ne ſe aut victos fateantur, aut
pro Saracenis gerant. Quod ſanè
illi reapſe præſtiterunt, vt iam in
pueris virilem animum cerneres. Nã

Chriſtianos ſe liberè profitentur.

& Christianos palam se iactare, in Saracenos inuehi, quæ dixissent retractare, Mullam quoque à Rege missum, qui precandi modum ex Alcorano doceret, à se reijcere: quin & Mahometem ipsum, eiúsque dogmata mille maledictis insectari.

IV. Postquam verò à plagis, & vulnere conualuissent, ad Regem ducti, nouâ ab eo veste vterq; donatus abire permissus est, eâ lege, ne Societatis IESV patres conuenirent, aut vllum posthac, cum ijs sermonem haberent. At hoc Regis iussum parui pendentes magis se quam ante Christianos diuulgare? Saracenos omnes & sequaces detestari: vt iam diceres, nō calcari, sed fræno potius indigere.

Indi pueri plus quam viri le facinus.

Et maior quidem natu, qui prior in luctâ cesserat, nullo instigante, nullo auctore, (ô vim Sancti Spiritus mirabilem!) pugionem arripit, eóque sibi in formam Crucis, in sinistro brachio carnem diuidit, ad pedis vnius pœnè longitudinem, cuius figuræ pars trāsuersa pollicem, immissa verò cubitū inte-

nteriorem pœnè contingebat; vt cum brachium attolleret, cicatricibus nempe remanentibus, esset Crux omnibus conspicua Quæ res non Christianis modò, sed & aduersarijs admirationem magnam conciuit. Ita habet DEVS fidei suæ Confessores, etiam paruulos: quorum certamen vt habeat aliquid næui, tale tamen est, quod & animos in pueris esse posse demonstret; & næuum illum in his, psis secutâ emendatione probatáq; constãtiâ abstergat; & te, EVROPÆE, aliquid etiam pro CHRISTO tuáque salute audere, conari, & præstare doceat.

INDVS.

CAP. XXVI. *Industria & Charitas eius in omnes.*

CHaritate, & industria cum in æquales, tum maximè in Societatis Patres erat prorsus singulari. Aquam, ad eos reficiendos sæpe hauriebat ipse è fluuio, eámque lętus iuxta

ædes paternas tranſiens, ne-
glectis eorum reprehenſioni-
bus domũ deportabat. Alio-
rum vices in muneribus exe-
quẽdis libenter agebat, in ver-
rendâ culina, vaſis tergendis
ollis eluendis, lancibus & ſcu-
tellis expurgãdis promtiſſim
operam ſuam poſuit. *Stupeo*
inquit, *è Noſtris ille, cum ea quæ i*
itineribus, in quibus mihi aſſocia-
tus eſt, in memoriam reuocare ſoleo
Ipſe me pedibus iter facientem præ-
cedebat; gladiolo præcidebat ramos
arbuſtáque, quæ iter impediebant
aut retardabant. Cúmque per mon-
tium abrupta ſcandendum eſſet, flu-
uiúſque traijciendus, ipſe mihi pr
ſcipione erat: ſi quæ ſenſim accliuia
ſeu etiam ardua cacumina ſubeun-
da erant, pedem ſupponebat, ne ipſ
fallente veſtigio in præcipitium de-
labe-

P. Petrus de quo ſupra.

Charitas Michaelis in P. Societatis Ieſu.

laberer. Ad oppidum me confere-
bam aliquando, cùm lutosa viâ
defatigatus in cœnum me pœnè in-
scium demersi; è quo statim Mi-
chael *contempto suo periculo,*
me apprehensum in tuto collocauit.
Vbi diuersandũ aut pernoctã-
dum fuit, se neglecto solũ Pa-
trẽ curauit: qui vt securè dor-
mire, & sine periculo posset,
quicquid culcitrarũ aut tabu-
larũ habere ad manũ poterat,
id omne patri substernebat, ni-
hil sibi reseruãs. Nos námq; (vt
principio statim huius Libelli
monuimus) apud hos Philip. est
de nocte, vel hostes, vel hostiũ
loco habitos, in suis lectulis ex
inferiore pauimento aggredi,
acutísq; lãceis conficere: id ip-
sum ne contingeret Patri se-
dulo aduigilabat: ac si fortè ia-

Cap. 3.

 nua

nua careret cubiculum, ex a-
rundinibus repente conficie-
bat dictitans: eâ potissimum
de causâ P. Rectorem Socie-
tatis quoque superioribus an-
nis, ad mortem ab Indis fuisse
quæsitum: quod si ipse in tan-
pio opere occumberet, par-
uam eam se existimaturum ia-
cturam, dummodo saluo &
incolumi Patre id fieret.

Mori paratus pro alio.

EVROPÆVS.

I.

Quinque supra Indi pueri recensiti.

AN non ijs hîc Puerulis annume-
randum nostrum Michaelem
censes EVROPÆE, quos capite proxi-
mè superiori fortiter fecisse demon-
strauimus? Si maiorem charitatem
nemo habet, quàm vt Animam suam
pro amico quis ponat suo, maiorem
habere nemo possit, hoc nostro IN-
DO; qui vt Patrem Societatis IESV ser-
ua-

iaret, perire, pensi nihil habuit. Tan-
a illius in maiores obseruantia: quam
& alienæ salutis studium, & verus in
parentes amor ceu duæ gemmæ, vt
sequenti mox capite declarabitur, di-
stinguebant, atque illustrabant.

INDVS.

Cap. XXVII. *Alienæ salutis studium & verus in parentes amor.*

POpularium maximè, & Bi-
sagarum curam præ se sin-
gularem tulit Michael. Hæc
identidem illius vota & verba
erant: *Ista & illa, Indos meos mo-*
nete Patres: hæc cum eorum peccata
auditis, docete: è suggestu velim hæc
moneri: credite mihi, Bisagas noui:
quo claudicent pede, noui: talia,
non alia omnino sunt illis incul-
canda. Cuius animi hæ vo-
ces, Europæ? cuius Spiri-
tus? hæc curare puerum? hæc
monere? hæc desiderare? quæ
cum in sanctissimorum ho-

Monita Michaelis.

minum ac virorum rebus ge
ſtis legimus, meritò & ſuſpici
mus, & miramur, & probam
Quid, quod emendari vellet
ſi , quod Chriſtianos more
minus deceret, in aures, ocu
loſúe meos incurriſſet? quid
quod eâ in re, ne ipſis quiden
parentibus proprijs parceret
Cum enim videret eos in fu
nere patrui priſtinis vti riti
bus, extemplò, patrem Socie
tatis adijt, rogauítque vt pa
rētibus ſuis increpitis vetere
illos, & à religione Chriſtiana
abhorrentes ritus penitus ab
rogaret. Interim eo parentes
amore, qui ex DEO eſt, proſe-
quebatur. Vtrumq; vna cum
tota propinquitate ad Cōfeſ-
ſionem ſuper omni vita faci-
endam induxit. Verum cum

Ad maiores refert, ſi quid peccari videt.

Pa-

Patrem ſuum duriorẽ aliquã-
to nihilominus animaduerte-
ret; egit cum Præſide Societa-
tis, ſibi vt liceret illũ in Semi-
nario per menſem informan-
dum retinere, quò ipſe, tam
grandis natu iuniorum exem-
plo molleſceret, & ad eam
quâ videbatur carere, pietate
facilitatémq; perueniret. Ob-
tinuit, quod petijt: ſed quem
non licuit videre in terris im-
mutatum patris animum li-
cuit videre è cœlo. Nam bo-
nus ſenex, mortuo filiolo vnâ
cum Vxore, totius ante actæ
vitæ crimina non ſine magno
luctu Sacerdoti explicauit.

Animus & ſalutẽ Patris conſtulit.

EVROPÆVS.

I.

TRia hîc, in totam vitam ſalu-
taria documenta accipis ab

INDO EVROPÆVS. Primum eo paren
tes & cognatos proſequi amore, qu
& tibi honeſtus ſit, & illis ad ſaluten
fructuoſus, Incredibile dictu eſt, quã
tum ſæpe inter domeſticos poſſint
boni Adoleſcentes; quantum pro
deſſe ipſis parentibus bene morati at
que inſtituti filij. Ac ne ex India diſ
cedamus, Rex Abenner nunquid pe
filium Ioſaphatum veritatis lumen
agnouit, pœnitentiam egit, in cœlun
quod credere merito poſſumus, re
ceptus eſt? Cùm enim nullis actibus
precibus aut machinis filium à Chri
ſtiana religione reuocare poſſet, de
mum ad ſe (filij vtique, & S. Barlaam
ſupplicijs permoto ac propitiato
Deo) reuerſus, vanorum Deorum
cultum abdicare conſtituit: litteras
eam in ſententiam ad filium dedit: ab
eodem in Chriſti religione ſtabiliri
atque informari voluit. Qui quidem
non longiſſimo tempore tantum ſub
magiſterio filij profecit, vix vt præ
ſumma animi demiſſione, veneran-
dum DEI nomen enunciare vellet.

S. Ioan. Damaſcenus in Vita SS. Barlaã & Ioſaph.

Rex Abenner per filium conuertitur.

Qua-

Quatuor itaq; añis pœnitendo transactis in morbum lethalem incidit: in quo cùm ob anteactæ vitæ crimina anxius turbari videretur, his eum verbis Iosaphat consolatus est. *Quare tristis es ô Pater, & quare te ipsum conturbas? Spera in Deo, & confitere ipsi, qui est spes omnium finium terræ & in mare longè: qui per prophetam clamauit: Lauamini mundi estote, auferte malum cogitationum ab oculis meis; discite benefacere. Et si fuerint peccata vestra sicut coccinum, tanquam nix dealbabuntur; & si fuerint rubra sicut vermiculus, tanquam lana alba erunt. Quocirca ne timeas ô Pater; nec dubio animo sis: neque enim eorum qui ad* DEVM *se conuertunt, peccata immensam ipsius bonitatem vincunt. Illa enim quocunque tandem numero fuerint, sub mensuram cadunt: hanc autem, nec metiri, nec numerare quisquam potest. Quocirca fieri non potest, vt quod mensuræ subijcitur, id quod nullâ mensurâ comprehendi potest, superet.* Hæc filij verba accipiens Abenner, diem

Oratio S. Iosaphat ad Patrē morituriентem.

cæpit prædicare, laudibúsque efferre, quo talis sibi filius in lucem foret editus. *Dulcißime fili, fili,* inquit *qui non tam meus es, quam cælestis* PATRIS, *quamnam tibi gratiam referam? quibus te benedictionibus prosequar? quas* DEO *tuâ causâ gratias agam? Perieram enim, ac tuâ operâ inuentus sum: peccato mortuus eram & reuixi: hostis & perduellis* DEI, *& in gratiam receptus sum. Quid igitur tibi pro his omnibus rependam?* DEVS *est, qui satis amplis præmijs te remunerari queat. Hoc sermone habito, cùm charißimum filiũ sæpius exosculatus fuisset, ac deinde preces fudisset, atque* IN MANVS TVAS, O BENIGNE DEVS, COMMENDO SPIRITVM MEVM, *dixisset, in pœnitentia animam suam Domino reddidit.* Hæc S. Damascenus in vitâ SS. Barlaam, & Iosaphat: quorum totam Historiam, si videris, cognoueris, ac legeris, ingens, mihi crede, operæ pretium feceris. Est enim illa per & iucunda, & varia. Leges sine periculo credo; nec adeò facilè atque in-

Oratio Abenner Regis ad filiũ, ante mortẽ.

S. Ioan. Damasc. in Vita SS. Barlaam & Iosaph. Item Herebertus Ros VVeydus S. I.

inconſulto ad ſtabula alta ferarum,
ad herbas & olera, ad ſitim & famem
rapiere: ſed potius facies, quod pri-
mum iſto te capite, ſiue per Michae-
lem, ſiue per Ioſaphatum diſcere
volui: tum alterum quoque non ne-
gliges: vt, ſi quid inter alios peccari
vides, ſi Deum offendi ab æqualibus,
eò referas, vbi medicina adhiberi &
ſolet, & poteſt; ne alieni peccati reus,
te ipſum in feram pœnam cum delin-
quentibus reſerues.

S. Ioſephus per Fratres accuſat.

Geneſis 37.

II. Exemplum cupis? in MICHAELE dedi. antiquius deſideras? Ioſephum ſedecim añorum puerum, Patriarcham poſtea clariſſimum accipe: qui ne Fratribus quidẽ germanis parcendum duxit, quin parenti Iacobo ſignificaret, eorum commiſſa, accuſarétque illos, (vt diuinis verbis vtar) *crimine peßimo*. An verò id, quod tertio obſeruandum erat tibi magis placet agere? votis, conſilio, verbis & factis popularium tuorum ſalutem procurare? Non eſt hoc à pueris tam alienum negotium; neq; indiget

DEVS

DEVS Gigantibus & Goliathis ad co
gendos in ouile ſuum populos ; qu
per Samuelem , aut Danielem aliqu
iura decernere,leges dicere, atque a
officium reducere barbaras, indomi
táſque gentes poteſt.

III. Meropius Philoſophus , re
rum nouarum cognitione ductus in
remotam vſque Indiam penetraue-
rat;quem ſecuti duo pueruli,propin-
quitate ipſi coniuncti , cùm artibus
ingenuis tum moribus honeſtis ab
eodem imbuti ſunt. Perluſtratis ergo
illis regionibus,quarum amore tene-
batur,lætus remigabat ad ſuos. Acci-
dit autem , vt in portum nauis , quâ
Meropius vehebatur, appelleret, in
quo barbari erant, à quibus facto im-
petu, & Philoſophus, & multi ex ve-
ctoribus occiduntur. Adoleſcentuli
verò ſub arbore reperti ſunt, littera-
ria quædam meditantes,quarum die-
bus ſingulis rationem reddebant
præceptori. Barbaros,& tenera ætas,
& illa pueris inſolita in re honeſtiſſi-
ma vigilantia ad miſericordiam alli-
cit:

Spec. M. & Ioan. Bonif. ex Euſeb. Ruffino lib. 10. *Eccleſ. Hiſt. cap.* 9.

cit:quare illis parcere, in animum inducunt, conſeruatóſq; ad regem adduxerunt. Quorum aduentu Indiæ Princeps, tantopere oblectatus eſt, vt alterum, qui Ædeſius dicebatur, pocillatorem fecerit; alterum nomine Frumentium, ſecretorum participem eſſe voluerit. Mortuo verò rege Infans filius, tanti illius principatus hæres, ſucceſſórque relinquitur, viduæ Matris tutelæ commendatus: fitque libera poteſtas (nam id ita Rex moriens ſtatuerat) Ædeſio atque Frumentio in patriã reuertendi. At verò Regina, cùm illorum probitatem, optimè cognitam haberet, iuuenes illos duos, vt ſecum remaneant, & partem adminiſtrationis ſuſcipiant, vehementer efflagitat. Illi tametſi Patriæ deſiderio tenebantur, Reginæ tamen non obtemperare, præſertim iuſta petenti, in eáſque anguſtias adductæ, ingratum eſſe, & crudele cenſuerunt. Permiſsâ itaque vel delatâ potius gubernatione, minimè abuſi, quos poſſunt ad Chriſti legem, obedientiámque

S. Frumentius Puer, Indiæ poſtea Apoſtolus.

que

que traducunt. Erant enim optimi h
iuuenes ex noſtris : datúrque opera
vt in eâ regione, quæ cum vlteriori
eſſet Indiæ, ab Apoſtolis culta non
fuerat, Euangelicum ſemen enaſca
tur. Rex interim adoleſcit, & ad Im
perij moderationem idoneus effici.
tur: quâ illi occaſione Principe fru.
ſtra retinente, Regináque ex diſceſſu
mœſtiſſima, ad ſuos redeunt, quos à
pueritiâ non viderant. Ædeſius qui-
dem Tyrum approperat, Frumentius
Alexandriam: vbi Athanaſio, nunc
eiuſdem Vrbis Epiſcopo, rem quo ge,
ſta ordine fuerat, exponit, déq; mit-
tendo præſule cum eo agit, qui nouũ
illum CHRISTI gregem paſceret.
Verum Athanaſius Frumentio com-
modioré nullum eſſe credens, nec id
imeritò, Antiſtitem illum creat, atq;
eo, vnde venerat, redire compellit.
Quo in munere Frumentius ſanctiſ-
ſimè, vſque ad vitæ finem permanſit.
Ita tantum regnum tam deuium, tam
ſemotum, tam longè latéque diſper-
ſum, duorum Meropij diſcipulorum
la-

S. Athanaſius Frumentium Epiſcopum creatum in Indiã mittit.

abore, & industria Christianæ legis
ugo, suauissimo se subiecit: contigit-
que Indis per captiuum puerum Fru-
nentium, quod olim Israelitis per Io-
sephum venditum, & in Ægyptum
bductũ: tu EVROPÆ vtrius maluc-
is in bene suadendo, consulendóque
lijs charitatem imitatus, & operam
uam præclarè collocabis, & mag-
am apud posteros gratiam inibis.

INDVS.

CAP. XXVIII. Sacrificio libenter ministrat.

Psâ, qua obijt die sacrum ve-
stiarium ingressus, candido
miculo, ad ministerium sa-
rificij se accinxit; socijs reni-
entibus & pro sacro officio,
us & officiũ illius diei sibi vẽ-
icãtibus; pulchro certamine.
Quibus MICHAEL, *Parcite, vel
odie,* inquit (quasi presagus in-
tãtis supremę horę) *ô socij; & hoc
antillũ boni vestro* MICHAELI
*edite. Vestri hæc est iuris ac mune-
ris*

ris dies non inficior; attamen parci te, & vel huic me ſacrificio Miniſtrum indulgete; vt hoc denique lucelli puſillo, tenuiſque meo theſaur ſuper adijciam. Vicit, aſtitítq; facienti (vt aliàs ſemper) non tã tum ad officium ſuum oculis ſed & mente ad ſingula, quæ Sacerdos tractabat, attentiſſimus.

EVROPÆVS.

I.

INter occupationes, quæ Adoleſcentem Chriſtianum inprimis decent, ornántq;, honeſtiſſima eſt, MINISTERIVM ALTARIS. Atq; ego ſanè inter notas bonæ Indolis, iñocentiſq; Animi ſemper duxi; libenter Sacerdoti facienti aſſiſtere: quando hac in re, Adoleſcẽtes, ipſos diuinos Spiritus habent æmulos. dedit mihi ante annos aliquam multos Argumentum

Nota bonæ Indolis, libenter Sacro miniſtrare.

D.Lau-

D. Laurentius Martyr, Diaconus, & Minister S. Pontificis Sixti: quod oratione non longâ Iuuentuti Augustanæ propositum, atq; explicatum est: cuius te hîc quoque auditorem esse volo, Evropæe: quandoquidem in illâ Michaelis quoque nostri auctoritate, ex hoc eodem capite deptâ, vsi sumus.

ORATIO

AD ADOLESCENTES vt libenter ministrent Altari.

II.

Oratio continēs de officio ministrandi ad Altare.

Nec pauca, nec parua sunt, Adolescentes Europæi, quæ hodiernâ vobis die, à fortissimo Christi Athleta ac Martyre Lavrentio, illustrissimo Iuuentutis Principe, & perfectissimo quasi omnium adolescentum Christianorum, exempla-

emplari discenda, moribúsq; quoa
vixeritis, quam studiosissimè expr
menda proponantur. Est rerum in
primis fluxarum, humanarúmq; om
nium neglectus, contemptúsq; admi
rabilis: est accurata deinde obseruā
tia in maiores, & Sixtum præsertir
Pontificem, Magistrum suum, paren
témque optimum amor & reueren
tia incredibilis: est castimoniæ rursus
integritatísque, quà corporis, quà a
nimi studium sanè non vulgare: e
præterea fides, constantiáque in cœ
pto semel bene viuendi instituto, a
miraculum suspicienda. Postremo
tanta est in Iuuene hoc sanctissimo
grauia & acerba tolerandi cupiditas
tantum pro Christo IESV moriend
desiderium, vix vt parem, nedum ma
iorem ex omni seculorum memoria
nobis sistere vniuersa possit antiqui-
tas. Quid enim illud est, obsecro, au
quare, ADOLESCENTES de quo Iu-
uenis modestissimus præcipuè glo-
riari, & cum fortissimus Pontifex ab
se ad lanienam per Carnifices rape-
retur,

S. Laurẽtius Diaconus & Minister S. Sixti.

etur, iactare quodammodo se est
usus? *Quò progrederis*, inquit, *sine fi-*
o Pater? quo Sacerdos sancte sine
Diacono properas? tu nunquam sine
MINISTRO sacrificium offerre cõsue-
ueras: quid ergo in me displicet Pater-
nitati tuæ? nũquid degenerem me pro-
basti? Experire vtrum idoneum MI-
NISTRVM *elegeris.* Itaque nihil ego
bis hodierna luce atrox, vt aliàs
cere memini, nihil arduum, nihil
ficile imitandum proponam ADO-
SCENTES: nõ adducam Carnificẽ,
n ostendam Lictores, non sustol-
n virgas, non fabricabor crates, nõ
ebo accendi ignes, non gladium
ngam, nihil denique eorum agam,
docebo, quod minus fortis aut
mosus aliquis causari, aut despe-
one assequendi detrectare posse
eatur. Quantum sit Sacerdoti ad
re assistere, alternare cum eo
es, animare & fouere cereos,
istrare vrceolos, cymbalo con-
are, librum præferre, alia id
is diuini, officij ministeria ritè,

Feruor Martyrij in D. Laurentio mirabilis.

Argumentum Orationis dignitas Ministerij huius.

de-

decentérque peragere; hoc enimv
rò ego tale dicendi argumentum e
istimaui, quale neque Martyri nost
familiarius, neque auditoribus ist
vtilius, neque meâ Oratoris infacu
di personâ mediocritatéque digni
vllum fore mihi persuasi. Et in prin
quidem Orationis parte illud solu
agam, vt ij, qui nescio quò fastidi
vel hoc MINISTERIVM honestis
mum nunquam ambiuêre; vel vbi a
quanto tempore, in eodem libente
laudabilitérque versati sunt, se den
que ipsos ab eo remouerunt, intell
gant, præcipuâ se dignitate animíq
fructu ac ornamento priuari. In alt
râ, eorum alacritatem pietatémque
Adolescentium excitabo, ornabóq
qui certatim & constanter in eo g
nere officij perseuerant: vt quantu
ipsi aliquando ab hac sua industria
laudatissimâ, religiosissimáque exp
ctare possint remunerationis, à me
audiant, à S. Laurentio discant.

NAM quod aliqui, vel nunquã a
hoc diuini genus MINISTERII acc
dun

unt; vel ſicubi in pueritiâ primâ cum
oluptate ſæpius illud peregerint,
m citò ingenium cum ætate mutāt,
t alia omnia vrbanè potius, quam
oc ipſum agere ſtudent, neque ſatis
ideo ego, Adolescentes, neq; ſi
ideam, pro rei indignitate atrocita-
ēq; dicendo explicare ſatis poſſum.
ut enim in ipſa re, quæ agitur, ali-
uid ſit, tuam quod dedeceat perſo-
am neceſſe eſt; aut in modo ac cæ-
monia; aut in te denique ipſo: aliud
nim dari vix videtur poſſe. Agitur
utem res Devs bone, quanta! in Al-
ri, magnus, magni Dei Filius, &
uicquid ad Dei Filium pertinet ab
acerdote conſtituitur: ſumma, in
uam illa, & nullis verborum perio-
s circumſcribenda maieſtas: vene-
nda Chriſti Iesv, & prodigijs cæle-
ibus pleniſſima humanitas: ſplen-
or ille ſupremi Patris; potentia illa,
rum vniuerſarum effectrix; illa bea-
rum mentium im̄enſa gloria, beata
mmortalitas: ille diuitiarum omni-
n infinitus atque inexhauſtus the-

Indignū: Adoleſcentes Vrbanè miniſtrare mēſæ, & non Altari.

I.
Dignitas Miniſterij huius deſumitur ab eo cui miniſtratur.

ſaurus : illud denique ſperatæ nob
ſempiternum atque immortale p
nus beatitatis. Atque huic tu hom
ncio, dicam an Vermis, tam honeſ
tam admirando, tam diuino nego
præſentiam tuam neges? tuam ab
ciente operã deſiderari patiaris? pr
ſertim cum Myſtes ſacer diuina p
tius Myſteria omittere debeat, quà
ſine MINISTRO quidquam atten
re? Tuâ ergo cauſâ, deſidioſiſſim
mortalium, tam præclarum opus n
gligetur? auguſtiſſima in cœlo TR
AS honore, genus humanum in Te
ris fructu, illæ ad inferos animæ, q
bus poſt datas legibus diuinis pœn
ſpes poſtliminio redeundi in lucen
eſt, ſuo priuabuntur ſolatio? At, m
res & cæremoniæ diſplicent, tan
modeſtæ? tam graues? tam ſanctæ
maioribus acceptæ? vſu longiſſim
comprobatæ? Videſis ne aulicus n
mium eſſe videare, ruſtice, an tu g
nua flectes, ad tuſſim complutæ n
ſcio cuius Canidiæ, & ad aram tr
mendi Numinis adſtanti tibi idipſu
puc

2. *A neceſſitate Miniſtri.*

3. *Ab Vtilitate ſacrificij.*

4. *A Cæremoniarũ grauitate.*

puerile nimis, & in decorum videbitur? osculabere manus ad verba & consalutationem cincinnati histrionis? easdem ab Sacerdote trabeato retrahes? ad stabis ad mensam eburneam Cleopatræ? fundes vina Antonio? pocula libabis Baccho capillatus pocillator, Gabino more accinctus, subsultante pede argutante digito, modulante linguâ? verbo rem dico; mimico apparatu, gestúque: ad mensam cælestis Conuiuatoris, mediâ non amplius horâ, iam vrbanus & officiosus esse grauabere? aut, (quod acerbiore oratione dignum) etiam pudebit? O dedecus iuuentutis! Quid est tandē, per DEVM immortalem, quod puerum te olim trahebat, ac delectabat? Iuuenem nunc aut virum pudore etiam afficiat? An verò, quod Innocentes tantummodo, vitæq; integri, scelerísque puri, aræ diuinæ adesse, & Sacerdoti necessaria suppeditare debent? tu verò innocentiam illā vitæq; sanctitatem iamdudū perdidisti?

Apostrophe in eos quos aut piget aut pudet ministrare.

Causæ, cur pueri libentius quam iuuenes ministrēt

O detrimentum lamentabile! an pc
tius, quia puerorum duntaxat, ea
quæ ad Christi seruitia spectant, e
sedulò accurare; adultiorum vero
ijs paulatim negotijs assuescere, qu
etiam Cacodæmoni placere possin
Certè illud, nescio quod mihi argu
mentum sit; quòd, cum incipiunt A
dolescentes comam alere, vestes ol
seruare, ligulas suspendere, in calce
rosas serere, gestare annulos, tracta
gladios, ostentare cirros, potitare
saltitare, tum ferè illis igniculi in an
mis concepti simul incipiant restin
gui, instrumenta virtutis displicere
sacræ vestes, & cæremoniæ vilescer
omnia diuina, & minora, & acerbio
ra videri. Quid causæ esse dicam
quid suspicabor esse, quod non cu
D. Laurentio de MINISTERIO A
taris potius, de seruitio diuino, de st
dio virtutis, quàm de nugis istis & v
tiorum fomentis cogitent, & glor
entur? Quis non videt, non intellige
re illos, quantum in hoc pulcherrim
studiorum genere positum sit digni
tatis

tis?quantum ex eodem mercedis ac
æmiorum aliquando ſit expectan-
um? Cùm enim peruiderent ſapien-
ſimi olim iuxta ac ſanctiſſimi viri
oc officium propriè non ad homi-
es, ſordida animalia, ſed ad cæleſtes
os puriſſimóſque ſpiritus pertine-
; eoſdémque illud ipſum certatim
uotidie ad pedes Sacerdotum obi-
, ſummo ſibi honori duxerunt, in
us partem felicitatis ſæpius aſſumi,
ſacrificanti conceptis de more ver-
s adgeniculando, vt ille loquitur,
oſſe reſpondere. Hinc D. Thomam
quinatem, illud ſanctitatis, ſimul &
uditionis locupletiſſimum ærari-
n accepimus, ſuo peracto ſacrificio
terius etiam, non rarò curam & mi-
ſterium ſuſcepiſſe: hinc ſenem il-
m Hermannum, ciuem honeſtum
copioſum Thomas Campenſis me-
orat, ſummâ animi voluptate in
oc fuiſſe labore (ſi labor tamen eſt)
equentiſſimè verſatum: ſiue Princi-
es viri, maximíque orbis terrarum
ynaſtæ, quos generoſior ſanguis al-

Miniſtrare Altari officium Angelorum.

Magni & clari viri, honori ſibi ducunt, miniſtrare Altari.

tius magnificentiúſq; de rebus cæle
ſtibus ſentire docet, identidẽ, vel vo
bis teſtibus ad hæc ipſa ſeſe demitti
miniſteria, vltróq; prouinciam han
ſanctiſſimam virtutis ergo ſibi ſorti
untur. Quid aio virtutis? cur non
præmij? Si oculos Diuæ Mechtild
haberemus, illos inquam perſpica
ces, & penetrabiles, quibus animu
talis MINISTRI ingenti lumine co
ruſcantem in cœlo ſpectauit, tantu
credo, inter nos certamen oriretur a
mulationis, quantũ eſſe ſolebat illo
rum, qui in Olympicis quondã lud
pro palmâ ſtadium omne curro velo
ciores deproperarunt: ſi aures, Pet
illius, de quo Cæſarius, natura nob
communicaſſet, quibus inter min
ſtrandũ Sacerdoti delapſa è cœlo vo
ce, peccatorũ ſuorum condonation
accepit, quis teneret vos, quin etian
pugnis (ſi decorum eſſet) viã nobis a
hoc vtiliſſimũ, negotiũ aperiremu
Nunquãné legiſtis, quæ MICHAEL
cognomento Ayatumi, Adoleſcent
Indi hac in parte induſtria ac virtu

Præmiũ Miniſtri Altaris.

quo

uomodo ſupremâ vitæ ſuæ luce in- eſtiarium ſacrum irruperit? compe tores ab Altari remouerit? quâ ora- one eos, qui ius miniſtrandi eo ſibi e petijſſent, immò vindicaſſent, al- cutus ſit? Date mihi, hanc quæſo, el hodíe veniam Socij, & hoc tan- lum beneficij, veſtro Michaeli con- dite: Ordo quidem Ministerii os tangit; attamen parcite, & vel ic me ſacrificio Ministrum in- ilgete. Quæ iſta verba Adolescen- is? plena diuini amoris, plena pij fectus, plena virtutis? cuius illa? In- ; hoc eſt, Adoleſcentis à Chriſtia- religione quondam alioniſſimi: id ardet? quid rogat? quid deſi- rat? Altari aſſiſtere: hæc illi ſum- a votorum, hic finis vitæ præſentis, c principium immortalitatis?

Michael vltimo vitæ die ſacro miniſtrauit

Cuius quidem Indi, quid ni vos uropæi Adolescentes prædi- ndâ hac in re pietatem ſummâ ani- orum contẽtione æmulemini? Ad- t Diuus vobis Laurentius flammas

Cohortatio, ad Miniſterium Altaris.

& ignes; ſuſcitat eoſdem Michael A
yatumus. Atque illius virtus, ſi ardu
vobis, & excelſa nimium videbitu
num videbitur, & MICHAELIS
Currite, currite, quantis poteſtis pa
ſibus, ad munus, tam honeſtum, ta
ſalutare; illúdque vbi tempus feret &
locus, quàm decentiſſimè, vrbaniſſi
méque peragite. Non homini, ſe
Chriſto Ieſu officium præſtatis: no
vices mortalium, ſed cœleſtium Ge
niorum, hîc obitis: Chriſto IESV aſſi
ſtitis, Angelorum partes agitis; quan
tam ergo putatis huius aliquando in
duſtriæ veſtræ accipietis remunera
tionem? non Wierxianam, non Ma
lerianam, non manu pictam, nō aliu
vile quoddam, aut puerile munuſcu
lum; ſed illam vtique liberalem, &
magnificam, illam copioſam & ſem
piternam mercedem, quam Diuu
hodie Laurentius Sixti Pontificis MI
NISTER egregius, & ipſe iam acce
pit; & omnibus ijs, decreuit ille, cuiu
in Altari Sacerdotes, auguſtiſſimu
Corpus, miniſtrorum auxilio conſe

Merces Miniſtrorum Altaris Cœlum.

crant

rant, populóque, quoties vult, cer-
issimum beatitudinis pignus gratis
ispensant, Dixi,

INDVS.

HAs Ayatumi virtutes, quas hucusque commemorauimus, illustriores reddidit, Regina & coronis quodammodo omnium virtutum PERSEVERANTIA; quâ ab incepto semel opere virtutis deflecti se nunquam permisit. Puer admodum in morbum inciderat, in quo animæ saluti corporis postponens, parentes obtestatus sæpius est, ne ea in domo, in qua decumbebat, Baylona vlla seu Idolorum Sacerdos compareret, à DEO sperandam non à vetulis illis salutem: secus si facerent; se

CAP. XXIX. *Perseuerantius eiusdem in bene cæptis, & semel susceptæ religione Christiana.*

etiam humi repen do ad Patr
Societatis eos delaturum d
tanto ſcelere caſtigandos. C
die quodam, nondum à mo
bo illo recreatus, ſuperiorib
ſcalarũ gradibus inniteretu
viderétque Baylanam ſibi, ſu
íſque notam, contra ſe aſcen
dere, elatâ voce ingeminar
Arcet Idololatriam.
cæpit. *Exeſto Diabole, apage Diabo
li amica, ne mea per te mater peccet
& pereat.* Neq; enim latuit pru
dentẽ Adoleſcentulũ Byſaya
rũ inconſtantia qui vel tantil
lũ apertâ ianuâ ex ouili Chriſt
pedẽ ſtatim referre cõſueſſent
Die quodã Veneris appone
bãt ipſi Domeſtici ſuillã, eáq
vt veſceretur inuitabãt. ſe ve
rò Chriſtianum eſſe reſpondi
MICHAEL: proinde talẽ cibũ
eâ die ab Eccleſia ſibi eſſe pro
hibi-

hibitũ. Vrgent illi magis ibíq;
neminẽ arbitrum adesse dicti-
tant, qui ea de re Patri nostro
iudiciũ faciat: *non equidẽ*, subij-
cit ille, *ob Patris vel amorem vel
metũ, à carnibus mihi tempero sed
quod, Ecclesiæ præceptũ est, diuinæq;
consonũ voluntati.* Superioribus
annis celebris quidã Baylan in
hisce partibus fuit, *Parobã*, no-
mine, graphic⁹ sanè impostor.
Is vniuersos ferè Indos ad ma-
ritimã orã abduxit: vbi facto I-
dolis sacrificio asseuerãter di-
xit, eadẽ luce illic maiores eo-
rũ omnes aureâ naui aduehẽ-
dos & à præsentib⁹ spectãdos.
Credidit vanissimo oraculo,
multa hominũ turba; sol⁹ pœ-
nè Michael noster, etsi tũc pu-
erul⁹ tantũ impostori fidẽ ne-
gauit; aliísq; deinde vt vano e-
uẽtu decepti, stultè a Bayl. de-

Ecclesiæ præcepta constanter seruat.

Impostori nihil credit.

lusi cum Catholicis potius sa-
perent, & sentirēt auctor fuit

EVROPÆVS.

I.

EN sycophantam, superi! auda-
cem: non tamen puerulo isto in-
geniosiorem. Et quanquam hîc te
EVROPÆE, ad constantem in seme
cæpto virtutis itinere laborem ad-
hortari debeam; non possum tamen
non facere, quin prius, similem tibi
impostorem ex tua patria sistam; ne
solas Indias eiuscemodi pestibus ab-
undare arbitreris. Quo tēpore Marti-
nus Lutherus Germaniā turbare, Hæ-
resíque suâ tanquam veneno longè
latéque inficere cæperat; miseri & ve-
cordes Germani, ab hoc genere ho-
minū pernicioso incantati, iam hunc,
iam alium nouorum vatum sectabā-
tur. Erant, qui montes Apocellanos
ductu Prophetæ sui, conscenderunt,
vt inde ad cœlum ascenderent: erant,
qui

Tempore Lutheri Impostores.

qui Ioanni cuidam Campano, insig- niter vafro homini aures darent, de instante supremi iudicij die, nescio quæ deliramenta venditantur: quem lepidis suis Iambis Gazæus noster posteritati ludibrium fecit. Sed nihil supra Michaelem Stifelium, Lutheri discipulum, de quo Hanardus Gamerius: qui vidente ferè atque audiente Luthero in pago Witebergæ vicino, Holtzdorff dicto auditoribus suis persuasit, III. die Octobris Anno CIↃ.IↃC.XXXIII. Mundi fore finem. Quâ famâ diuulgatâ, plerique in Saxonia, & Misnia, relictâ agriculturâ, & omni negotiorum curâ abiectâ, totos se precibus dedidere. Fortè illo ipso die post horam decimam, quam Cælihas ille vltimam constituerat, atrox tempestas exorta, vaticinio fidem pænè fecit: cuius tamen vanitatem cœlum non multò post rursus serenatum, & multò magis quam antea sudum patefecit. Tum Stifelius vates captiuus Witebergam abductus, sed Lutheri operà liberatus, & ad

Ioan. Campanus sycophanta egregius.

Non minor Michael Stifelius Prædicans, Discipulus Lutheri.

Michael Stifelius mendax vates mundi finem prædicit.

Captiuus VVitebergam ducitur.

ad oues suas lupus est remissus. Extant hac de re cuiusdam Poëtæ versus; quos tibi hoc loco EVROPÆE, qualescunque dare visum est.

II.

Hanardus Gamerius Eclog. 9. Bucol.

E heu! Fauste (precor) nunc quod me perdidit audi.
Est in Saxonia, quæ me nutriuit alumnum,
Patria; de lignis Holzdorfia dicta, vocatur.
Hæc cum susciperet, falsis de vatibus vnum,
Se simul, & miseros nos perdidit ipsa colonos,
Funditus: & miserè stricto velut ense peremit.
Namq; Michaelem quendam pro vate, recepit
Nomine Stifelium socium, comitémq; Lutheri,
Cum coleret Monachos, & cum turbaret eosdem.
Is se sacra putans mysteria scire Deorũ,
Quadrati numeri secum ratione putatâ,

Di-

Dixit, in hoc ipſo, quem nos memorauimus anno,
Quod foret Octobris decimam lux circiter horam
Tertia, ſupremi perituri terminus æui.
Credita ſub tanto res tanquam vera magiſtro,
Agricolas ruri, ſed & intra mœnia ciues.
Luminibus claris obductâ nube fefellit.
Quem non deciperet? credebat id ipſe Lutherus
Vaticinaturo, ſubſcribebátque Melanchton.
Hi qui Miſniacam ſubigebant vomere terram,
Et qui Saxonici cultores ruris eramus.
Incultos agros, incultáque tecta domorum,
Et patiebamur, ſine frugibus arua perire:
Hoc ſatis eſſe rati, ſi tantum venter haberet,

Quan-

Quantum sufficeret, dictas ad tempor
horas.
Nos igitur, socij, summis pro virib
omnes
Pergræcabamur, sic vt nihil esset in ær
Nil itidem pecoris, cum tempora dict
venirent.
Cum tamen ille dies Octobris terti
esset,
Conueniunt omnes, quorum stultißi
mus ipse
Consistit medius, faustúmque precatu
& orat:
Agricolis etiam frustra metuentibus
inquit
Stifelius clamans: surgendi tempus ad
esse,
Supremúmque die nostræ venisse salu-
tis.
Nam quo quisq; modo vestibus sta-
ret ibidem,
Hoc debere statim cœlo super æthera
ferri.
At cùm iamdudum iudicij tempus ab-
isset,
Vt dubitans secum præsagia falsa puta-
ret, For-

Fortuitâ quidam veniens: ab origine ventus,
Eludit ſubitò mendacem turbine Vatẽ.
Qui ſimul ac periјt nos pœnè peruinimus inquit,
Quod non adfuerit Iudex cum turbine Chriſtus:
Nam propter pecudes , propter bona perdita, mœſtis
Grata dies nobis toties promiſſa fuiſſet.
Ergo Stifelium manibus poſt terga reuinctis,
Atque manus pedibus per mutua vincula nexis,
In curru poſitum , nunc huc raptamus, & illuc,
Donec ad eximiam feßi deuenimus vrbem,
Candida quæ niuei ſortitur nomina montis.
Hîc nos iudicio damnandum ſiſtimus æquo,
Parua petituri magno ſolatia damno.
Sed fruſtra petimus , fruſtra culpamus, iniquum,
Fruſtra carceribus clauſum detrudimus hoſtem: Nam,

Nam, quia de corio fuit ipse Luthe-
rus eodem,
E quo Stifelio factum dedit Ocrea no-
men)
De manibus nostris, & certâ morte re-
demptum,
Excellens magicâ turpissimus arte Lu-
therus
Stifelium notæ præfectum reddidit ædi.
Nos verò miseros, miseros nos ille
reliquit
Elusos miserè: quorum pars tabe peri-
uit:
Pars sua crudeli confodit pectora fer-
ro;
Pars, quorum numerum fugiens mœ-
stissimus auxi,
Diuersas adij patrijs è sedibus oras.
O vtinam verò, contingeret infimus
ordo,
In quo seruitij mihi pondera ferre lice-
ret!

Satis de imposturâ: nunc id, quod constitueram, persequor: & à te constantiam seu, vt pij Libelli loquuntur,

per-

perseuerantiam in suscepto probitatis instituto, requiro.

III. MICHAELEM vidisti, à quo tempore sacro baptismi fonte lotus in Christianum est, constantissimè à se omnia, quæ nostræ religioni aduersarentur remouisse: atque huic etiam constantiæ imortuum, vt ita dicam, fuisse: quid tu? non satis est cœpisse; hanc aut illam virtutem, semel, atque iterum exercuisse: finis operi coronã imponit; & solum illum saluum pronunciat veritas, qui ad finem vsque integer perdurauerit. Sed, ô quàm verum est, EVROPÆE! quod Trismegistus Christianus cōmemorat: cuius legendi desiderium atq; orexin in te vt excitem, ista ex eodē delibo. Cernimus quotañis ab Adolescentibus nō paucis in studiorū instauratione, toto viriū complexu disciplinas arripi, chartarum integra volumina, quasi totos Musarum campos exaraturi sint, parari, stylos centū, calamos sexcentos exacui, aures arrigi, magistros attēdi, dicta bibi, dictata scribi, multa extra or-

Refert hæc Florimundus de Orig. Heres. l. 2.

Hieremias Drexelius in Trismeg. lib. 1. c. 8.

ordinem notari, lectitari, ſcriptitari
vigilari, & propè peruigilari; deniqu
tantum improbo labore promitti, v
vires vno die, eadémque horâ Corin
thum peruenturos; tanto diſcendi æ
ſtro percuſſi, ad ſtudium ingrediun
tur. Sed vbi labor, & opera ſenſim
creſcunt; prælectiones geminantur
ſcriptiones, diſputationes, exercita-
tiones duplicantur: vbi Magiſter ve
poëmatis condendi hypotheſin ſub-
ijcit, vel orationi ſtruendæ quæſtio-
nem proponit, vel ſuorum audito-
rum ingenia periclitari, & tentare in-
cipit; & nunc latinæ, nunc græcæ, nūc
ſolutæ, nunc ligatæ ſcripturæ penſum
exigit, iubétque ſuo quémq; Marte
quæ dicenda inuenire, inuenta loco,
& ordine componere, compoſita
perpolire; tum diſcipulus in muſeo
domi quærere, hærere, vngues rode-
re, caput ſcabere, libellos voluere, re-
uoluere, nihil reperire, faſtidire, pro-
ijcere, ſurgere, teſtudinem, aut che-
lyn arripere, fides tentare, an melius
quam libri reſpondeant: aut ſi indo-

Simile elegans à ſtudiis, quomodo feruor pietatis ſoleat refrigeſcere.

ctus

ctus Lyræ,pilam, vel luſorias chartu-
as promere, numos deponere, cali-
cem ducere, potare, ludere, ridere,
dormire, & pro armis viriſq; carere.
Tityre tu patulæ ſtertens ſub tegmi-
ne plumæ:
Nec corpus leuare, donec clarum
mane feneſtras intret, & in lecto pan-
diculantem, oſcitantémque depre-
hendat. Siccíne itur ad aſtra ô Ado-
leſcentes? hoc ſtudere eſt? hoc ſuda-
re, algere, vincere? Quid deinde, cùm
in Gymnaſio claſſica canunt? Muſis
magiſtríſque morbos excuſare, pe-
des, caput, dentes, oculos dolere, ne-
gotia prætexere, heros, populares,
parentes, ne ferulam ſubeant, addu-
cere, de litteris, & progreſſu nihil cu-
rare, alia omnia cogitare; immò de-
lirare. Ita, qui primis menſibus Cle-
anthes omnes & Demoſthenes ſupe-
raturi videbantur, tertio, quarto,
quinto, & ſequentibus, fracti animis,
luxu abducti lurcones fiunt, En-
dymiones imitantur, glires ignauiâ
vincunt. Nimirum aliud eſt incipere,
aliud

aliud incœpto non abire: felix princ
pium ducere, & finem non dispare
subiungere.

IV. En, EVROPÆE, quam bre
tempore, Scholasticus hic feruor el
guescat! Idem in moribus est obse
uare. Par enim ferè est ratio vitæ,
virtutis, piorúmque operum, & litt
rariæ palæstræ. Et quamquam ha
quæ in bonis artibus inconstantia
ingens detrimentum inferat, tanti ta
men non est quanti ea, quæ in bon
moribus. A litteris cessare, tamet
turpe Adolescenti, cuius hoc vnun
est studium, vt studeat; in eo tame
fortunæ Græciæ sitæ non sunt, non
vita, non salus, non beata ac peren
nis immortalitas hîc periclitatur.
Absque librorum comitatu viam a
cœlum reperies, sed non absque vir
tute, vitæ Sanctitate, morum iñocen
tiâ; cuius elegantiam si corrumpas
& ab integritate deficias, simul spem
& rem, & omnia perdas. Hîc opu
constantiâ. Verum, ô quoties optimi
desiderijs turgemus velut prægnan-
te

tes ac fæti copiosâ prole : videmur mira parituri, magnam morum emē-dationem , & ſeriam ad Devm conuerſionem : tantem turpiter abortimus, & auram atq; ventum parimus. Statuimus grandia , & nihil fit; promittimus multa, & ęquè nihil fit. Sancta ſunt quidem propoſita noſtra, ſed nullum ſortiuntur effectum. Iuramus Deo, hæc & hæc, & hæc etiam non amplius facturos; ſed breui frigeſcente hoc iuramento, redimus ad eiuratos ſordes. Rem ita ſe habere Lupus doceat.

V. Illi, in caudâ deprehenſo mortem minatus fuerat Opilio. Lupus ad doloſæ facundiæ artes confugiens: Mi Domine, inquit, non redibo huc amplius , ſed & greges tui poſthac mihi tutiſſimi erunt : ita promitto, ſpondeo , & fidem meam do. Cui Paſtor: non me, inquit, decipies, nequiſſime beſtia , & verò tunc non redibis amplius, cum te iugulauero. Nimis crebrò fefelliſti fidem. Et cur ego tibi parcerem , cui non ſatis eſt meos

Idem qui ſupra.

Apologus Lupi & Opilionis ingenioſus.

meos agnos, & oues in campis lace
rare, ſed & in ſtabulum clam ſubre
pere, & ſolâ nocendi libidine fame
non vrgente inſontes pecudes diſce
pere. Nunc lues, non parco. Ad han
vocem Lupus: Agnoſco, inquit, n
Domine, vecordiam meam, & qui
vis? habes confitentem reum, ſed qu
nequitiæ ſuæ pœniteat ex animo;
patieris, ſcio, me bonum fieri. dein
ceps alijs viuam moribus; nec quid
quam rapiam, niſi cogente fame:
licet, dira me fames coegerit, non ta
men niſi ſeptem obolos cœnab
Motus paſtor, tam ſincerâ confeſſi
ne, támque amplâ pollicitatione: E
go abi, inquit; ſed memento te vita
liberalitati meæ debere: vide ſtes pr
miſſis. Abit Lupus, & iam dulcius
erat viuere, poſt hanc vitæ factam
gratiam. In itinere ſecum meditat
frugaliorem abſtinentiam, & me
ſam ſeptem obolorum. Dúmque c
gitationibus merſus lentiore paſ
progreditur, en tibi veruex pinguiſ
mus venit obuiam. O nimium p
ten

Citò obliuiſcimur bonorum propoſitorum.

entes illecebræ! Quis hîc tam lapis
it, vt dentes Saliuâ natantes ſub-
ſtringat? Ergoné, inquit lupus, mihi
ltro prandium occurrit? nefas vide-
ur fortunam tam propitiam non ſa-
utare. Sed qui palpum obtrudam o-
ilioni in ius trahenti? quo nomine
anc culpam purgabo, ſi fidem fran-
am, ſi fœdus negligam? Ponamus er-
o rationes: Iſte Veruex nihil valet;
go certè illum emerem non tribus
bolis hoc tantum triobolare eſt
randium: itaque prandere non dif-
ro, mox Veruecem inuaſit, diſcer-
ſit, deuorauit. Altero ab hoc die bo-
em, & vnâ paſcualem vitulum ha-
uit obuium. Hic lupus priore faci-
ore iam audacior: bene eſt, inquit:
s iſte quatuor obolis cenſeri po-
ſt, vitulus tribus. Hac ratione tota
ena ſeptem obolos non excedet.
oc ioco & iſtud ſcelus prætexuit.
uid tibi iam videtur EVROPÆE? an
n mutato nomine de te, fabula
rratur? Suadet & minatur DEVS,
cerdos, Concionator: proponitur,

Nos ipſos Sanè decipimus.

Applicatio Apologi.

R ni-

nihil agitur; improbitati velũ ſpeci
ſum etiam prætenditur. Vbi illa hor
quã propoſuiſti? vbi añi, menſes, die
quibus in propoſito virtutis perdu
râſti? Secus noſter INDVS: cuius prin
cipium, termino vitæ ſic reſpondi
vt, cum honeſtiſſimus moribus Chri
ſtianus eſſe inciperet, honeſtiſſimi
inque ipsâ adeò muneris à maioribu
impoſiti functione moreretur.

INDVS.

CAP. XXX. *Mors Michaelis.*

ERgo, vt alia prætercam,
quæ diuina bonitas, in ho
innocentiſſimo Adoleſcẽtu
lo operari dignata eſt, obijt il
le XIII. Calendas Decembres
anno, quem à partâ ſalute nu-
meramus, CIↃ.IↃC.IX. cũ ma-
nè à Sacro ad ientaculũ, à ien-
taculo ad fluuium ſex pueris
pannos abluturis præfuturus
miſſus eſſet. Vix vnũ, alterúm-
ue

uepassum è ripâ descenderat, cùm labentibus statim gradibus pronus, fallente vtróque pede in profluentem præcipitauit, elifo ad Cymbæ bi hærentis proram pectore ngeminantem lamentabile voce Sanctos, quos in vitâ coebat tutelares, IESVM, MARIAM, IOSEPHVM & ceteros, Sodales non procul pannos d ignem exsiccantes exaudiunt, adsunt, extrahunt, ipsóque postulante Sacerdotem ocant. Reperit Pater iam linguem, ac pœnè exanimem, in infimo scalæ, ex qua præcipitârat, gradu. Sacro leo inungit; inde in cubiculum relatus, paulò post cùm erum familiarissima illa

Ex casu per scalas in flumen obit.

 no-

nomina appellâſſet, pijſſim
obdormiuit. Repentina & vi
olenta mors fuit, ſi modum
ſpectes, non perinde, ſi vitam
vtpote, qui ſe ad mortem to
virtutibus, ac continuâ fer
extremorum meditatione
præparauit. Pridie, quam mo
reretur, pœnitentiâ ſe, atqu
Euchariſtiâ ſanctiſſimè præ
muniuerat: ſolitus antea, ter
tio quoque die conſcientia
ſuæ maculas, Sacerdoti, quam
exactiſſimè aperire. Præſenſiſ
ſe immò vitæ terminum, non
abſcurè, tum ex ijs, quæ modò
commemorauimus, tum ve-
rò hinc videri poteſt: quod
Germano ſuo fratri dixiſſe
fertur; in animo ſibi eſſe à Pa-
tribus Chirographum poſtu-
lare, quo ipſi cauerent, ne ex

Repentinus, ſed non imperatus moritur.

op-

oppido maritimum aliquod iter suscipere cogeretur quod obitus sui tempus instaret: adeóque tutum non videretur, à Sacerdote longius remoueri.

Visus præuidisse Mortē.

EVROPÆVS.

I.

HOrres; & hæres, ni fallor, EVROPÆE. cum audis tantæ innocentiæ Adolescentulum tam subitâ & violentâ morte è vita exturbatũ. Quid, quis, meruit? verbo tibi, respondeo: COELVM. Erras enim, & quicunque cum sentiunt, si violentam mortē, ut quemuis in humanis casum, semper pœnam putas. Vindicat per mortem DEVS scelera, sed & remuneratur per eandem, virtutes. Ille, DEI seruus eximius Symeon Stylita, non-e fulmine tactus, & ex eodem loco, quo diuinæ maiestati tam sedulo seruierat, deiectus est? Raderum no-

Causa cur ita repente ablatus Michael.

Mors violenta aut repētina, non semper malum signum.

ſtrum auidi: & ſi quando, ſimile quic (vt homines omnes, & ſub cœlo, noı in cœlo ſumus) de aliquo inaudieris alijs etiam denarra.

Sap. 2. NB.

II. *Iuſtus quacunq; morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* Non eſ hæc nota impietatis, aut ſceleris; cun viri ſancti inexpectato mortis gene re, è medio tolluntur: ſiue apoplexi percellantur, ſeu peſtilitate, fame, ſi ti, ferro, igni, aqua extinguantur, ſe fulmine ſternantur. Hoc caput eſt vt ne te mors imparatum deprehen dat. Non ignoro, pagonis ominoſun fuiſſe fulmen, & in vltricis pœnæ lo co exiſtimatum, vt eſt apud Princi pem Poëtarum de Gigantibus.

Matth. Raderus P. 3. Virid. c. 7.

Pagonis ominoſũ repente ſeu fulmine mori non Chriſtianis.

Vergil.

Hoc genus antiquum terræ Titani proles,
Fulmine deiecti fundo voluuntur ii immo.

Sic Æſopus, Salmonæus, Arax Oilei Phaëton, Æſculapius & alij, de cœlo tacti leguntur. Sed non idcirco deriuanda culpa ab vno, aut alterc puncto in omnes. Vtrum id cæleſti vin-

vindicta mortales immissa pestilen-
iâ; nec omnes tamen, qui illa lue
corripiuntur impij; quod ipsum affir-
nare maximè esset impium. Simeon
rgo fulmine deiectus, eodem mo-
nento corporis vinculis, nõ tam so-
utis, quàm ruptis in cœlum euola-
it. Quod ipsum Iulianus Stylita co-
nouit, cùm eo ipso tempore suis se-
atoribus præcepit, vt incẽderent o-
ores, quibus causam percontanti-
us: *Ecce*, inquit, *frater meus Simeon à
lgore deiectus interijt: & ecce anima
us transit cum tripudio & exulta-
one.* Aberat autem Simeon à Iu-
ano viginti milliarium interuallo:
aque reprime iudicium, quando
c, ille, & quicunque alius, atroci
enere mortis sublatus dicitur. Nul-
m mors facit impium; sed impia
ta deprehensos inusitata via ad le-
um ducit; nec id semper. Sæpe sce-
rati pacatè obeunt; iñocentes cum
genti tormento. Enimuero Simeon
ngulari voto hoc fulmen extorsit,
videretur non SANCTVS, nec

Simeon Stylita, Dei seruus eximius fulminatus.

Cur Simeon fulminari, à Deo petierit.

coleretur; vt qui tanquam noxius
cæleſtis iræ vindicta fuiſſet plexu
Ergo, vnde vnde veniat, dum te pro
bum inueniat, telum audacter recip

III. Multis, mihi crede, profuiſ
ſet, ab Ioue aliquo fulminatos fuiſſ
Iuuenes, ne tam ſcelerati ſenes more
rentur. Enimuerò quid cenſes? Iuriſ
prudentiæ operam dare cœperat Lu
therus, illa Europæ noſtræ fatalis per
nicies; cùm aliquando, ſtudiorum
ſuorum ſocio comitatus in campun
animi causâ progreditur; ibíque re
pentinâ tempeſtate occupatus comi
tem ſocium ante pedes ſuos fulmin
extinctum videt; fumo ipſe quoqu
afflatus, cetera ſanus, & illæſus. Qu
quidem periculo ita conſternatus
atque commotus eſt, vt quaſi laure
tum aliquod quærens, vbi tutus late
ret, terrore magis, quam vero
aut ſolido & conſtanti animi propo
ſito inductus Eremitarum Auguſti
nianorum Sodalitati nomen daret
cœnobiúmque Erfordenſe, viginti v
nius, annorum iuuenis ingrederetur

Flerimũdus de Orig. Hæreſ. lib. 1. cap. 5.

Qui

Quid inquam censes? gratiam hîc Luthero factam, quod eo tempore vnâ cum socio fulminatus non sit? an verò pessimè, infelicissiméque cum eo actum; vt qui, & alijs ad tantam animarum pestem ac perniciem, & sibi, ad sempiternos fulminantis semper Tartari cruciatus fuerit reseruatus? de quo illud etiam aptissimè dixeris, & ex mente Veritatis: *Melius ei esset, si natus non fuisset, homo ille.*

Melius fuisset Luthero, fulminatũ fuisse Iuuenẽ, quam prauixisse.

IV. Ceterum, consideratione dignissima sunt, quæ Petrarcha, de violenta morte conquerenti disserat; quibus & hinc argumento finem imponam.

Francis-cus Petrarchæ Dialog. prim.

VIOLENTA MORTE PEREO.

SInolens moreris, violenta mors est: at si volens, nulla.

PER VIM MORIOR.

SIquidem vitæ vis affertur, quid interest febris an gladius? dum libere

Mors violentæ æquo animo ferenda.

berè egrediare. Quid referta, an er-gastuli tui fores sponte pateant, an frangantur?

VI MORIOR.

MVltæ sunt species mortis; sed mors vna; quæ an violenta sit, an non, morientis arbitrium est: vim vis maior superat, consensus extinguit. Sapiens sic instructus est, vt quibus non potest obstare consentiat. Quid tu? inquies: percussori meo, vt consentiam iubes? Quidam, non consenserunt modò, sed gratias egerunt: inuentus est, qui percussorum ignorantiam excusaret, vt supremo illis anhelitu veniam precaretur. Neque ego te cruento consentire Carnifici iubeo; sed in vitæ sorti: cui qui non sponte paruerit, vi parebit.

MORIOR HOSTILI MANV.

Bona Mors ab Hoste.

QVid tu igitur? amici manu mori re posse credideras? quando id tibi, nisi ab ignorante, contingeret?

HO-

HOSTILI DEXTERA PEREO.

HOſtiles euadis manus. Ille, dum iræ ſuæ obſequitur, libertati tuæ contulit, poteſtati ſuæ detrahit, nihil amplius in te poteſt. Satius eſtq; ſub iniuſto hoſte occumbere, quà ſub iuſto rege. Illic enim occiſoris eſt crimen, hîc occiſi.

HOSTILI FERIOR MANV.

QVid tuâ magis intereſt; quâ dexterâ, quam quo gladio feriare? Non de manu, ſed de vulnere quæritur: quamuis & Pompeius manu Cæſaris feriri, pro mortis ſolatio videatur, apud Lucanum optare; & apud Statium Capaneus Ipſeum, apud Vergilium Æneas Lauſum, Camilla Orinthum, quod illorum manu occidantur, conſolentur.

Item Mors per Gladiũ.

FERRO MORIOR.

COmunis tibi cum maximis fortuna; cúmque optimis viris; bona pars eorum, quos vel præſens vita feliciſſimos habuit, vel æterna ſanctiſſimos habet, gladio periêre. quos ſi numerem, non breuiloqui monitoris, ſed longi opus erit hiſtorici.

GLADIO PEREO.

ALij aliter; quidam laqueo, quidam lapſu, quidam vnguibus Leonis, aut apri dentibus; multis ferri copia defuit, dum optarent gladio perire.

FERRO FERIOR.

QVid ſcis, an maiori exitio ſubtraheris, quódque miſerrimum cenſes, grauioris miſeriæ fuga ſit. Dixi ſupra; vt Plotinum alterum à Platone Philoſophiæ decus, peſtilens lepra percuſſit: id non dixi, vt alterum ab Homero Poëticæ Gratiæ lumen Euripidem canes morſu lacerarunt; Lu-

Lucretius veſtrorum vatum primo
proximus, cui tam multa Vergilium
auferre non puduit amatorio poculo
accepto in morbum rabiémq; com-
pulſus, gladio ad poſtremum pro
remedio vſus eſt. Herodes rex Iudææ,
am fœdo morborum agmine circũ-
entus interijt, vt compendioſior
erri mors, inuidioſa eſſe potuerit; vt-
ue auguror fuerit. Romanus Prin-
eps Adriauns morbi tædio victus,
npatientiam doloris ferro abrum-
ere, ſi licuiſſet, optauit. Magnum
uendam virum hac ætate, vermes
oto ſcatentes corpore, mures alium
edisse narrantur. Inter tam multa
dibria humani corporis, ſi electio
buatur, quis imbecillis adeò, vt nõ
rrum ambiat?

Multi mortem gladij, gratiam putaſſet.

IGNIBVS PEREO.

Q Vidam animæ vim, naturámq;
igneam exiſtimantes, id facilli-
um mortis genus opinati ſunt.

Item per Ignem.

FLAMMIS ABSVMOR.

VErmibus ereptum corpuſculum non putreſcet.

IN FRETO MORIOR.

Item per Aquas.

NOn vbi, ſed qualiter moriaris ad rem pertinet; vbique bene mori licet, vbique malè. Non in loco, ſed in animo eſt, quod felicem mortem facit, aut miſeram.

IN MARI PEREO.

PErſuaſum multis ſcio in mari miſerum mori, quod æthereus, atque ardens Spiritus, ſuo contrario videatur opprimi. Sed vt dixi, nihil locus ad miſeriam, animus totum. Itaque de hac re nautæ neſcio cuius reſponſionem probo; quem cùm quidam interrogaſsêt, vbi Pater eius obijſſet, in mari inquit. Cúmque ille idem, de auo, & proauo, & atauo nominatim quæſiſſet ex ordine, reſpon-

Nauta ingeniũ pluſquã nauticũ.

ſúm-

ſúmque ille idem de ſingulis accepiſ-
ſet, intulit: &, nunquid tu, inquit, ma-
re ingredi non times? reſpõdit Nauta
diſſimulans, & vbinã tuus obijt Pater?
Suo, ait, in lectulo: vbi auus, inquit;
& is, ait; & proauus, & maiores mei
omnes ſuis in lectulis obiere. Tunc
Nauta, non tu inquit, tuum non ti-
mes in lectulum aſcendere? Elegan-
ter quidem, aliquantóque plus, quam
nauticè. De morte igitur, natura vi-
derit, quæ mortales fecit: at de genere
mortis de loco, de tempore viderit
fortuna.

VENENO MORIOR.

COmites tibi illuſtres pridem, dum de hoc vno ageretur, ex-
poſui. Regia quidem mors eſt gladi-
, ſed venenum magis. Et ad ſum-
mam; ridiculum valde eſt, vbi de
morte decreueris, de in-
ſtrumentis eſſe an-
xium.

Item per Venenum.

INDVS.

CAP. XXXI. *Sepultura, Lachryma, Tumulus.*

